


PRECES

PRIVATÆ

QUOTIDIANÆ

LANCELOTI ANDREWES,

EPISCOPI WINTONIENSIS.

EDITIO NOVA

ET

AUCTIOR.

OXONII:

JOHANNES HENRICUS PARKER.

M DCCC LIII.



LONDINI:
EXCUDEBAT R. CLAY.

PRÆFATIO.

Damus tibi in manus, L. B., preces privatas Lanceloti Andrewes, in tres partes divisas.

Ex his partes duæ priores jamdudum lucem aspexerunt, excusæ primo A.D. 1675, secundo, A.D. 1829, et tertio, A.D. 1848.

In his excudendis editionem primam secuti sumus, eo tamen excepto, quod perpauca quædam Latina, in parte secunda (sc. a pag. 372 ad pag. 387.) juxta exemplar Davidis Stokes, in Appendice libri, cui titulus "Verus Christianus, Oxon. 1668," unde primus Editor ista desumpsit, in meliorem, eumque pristinum, ut videtur, ordinem transmutare curavimus.

Post primam partem prelo impressam ad manus nostras pervenit apographum illud, de quo in Præfatione sua primus Editor mentionem fecit; inde varias lectiones, et addenda quædam excerpsimus.

His duabus partibus, antea excusis, tertiam ipsi addidimus e MS. Harl. 6616 erutam.

Plura de his precibus, earumque editionibus in Appendice ad Vitam Auctoris dicturi, has curas nostras qualescunque æquo tuo judicio subjicimus.

J. B.

REV. PATRIS
LANC. ANDREWS
EPISC. *WINTON.*

PRECES
PRIVATÆ

Græcè & Latinè.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO.

M. DC. LXXV.

Imprimatur,

RAD. BATHURST

Vice-Cancell. *OXON.*

Mart. XVI.

1673.

L E C T O R I

CHRISTIANO.

De summa quidem Lanceloti Wintoniensis eruditione ac sapientia præclarius est, mi Frater, quam ut sedulo dicam: multo tamen meliorem ejus Viri famam jam ex pietate apud te probari malo; eaque in causa breve hoc Enchiridion tot libris Andreanis, qui in manus Theologorum dudum venerunt, componere juxta vel etiam anteferre nullus dubito. Reliqua ideo istius Præsulis scripta æstimare magni, ut seculum nostrum plane amat, et collaudare forte soles: sed tamen hoc potius te frui vellem, hoc familiarius lectitare, quo vere Christianam et æternæ simillimam vitam amodo tibi formare poteris. Siquidem aureolus hic Liber de Sententiis Biblicis, atque ex Liturgiis, quæ in Ecclesiis Græcorum Jacobi, Basilii, et Chrysostomi sancta nomina præferunt, partem multo maximam conflatur. Ita nullus ibi hæreseos metus, nulla pravi dogmatis suspicio, quin perlegas cuncta, ac coram bono Deo millies repetas quasi tua. Unde autem tam efficax tibi obvenit pietatis argumentum, nescius ne sis: Apographum Græcum quod Samuel Wright optimo Antistiti a Chartis manu sua pereleganti jampridem descripserat, tum Latina non pauca

ad majorem Dei gloriam communicabat V. R. Rich. Drake, S. Th. D. et Ecclesiæ Cath. Sarum Cancellarius.[a] Cætera vero de edita nuper Precationum Collectione Guil. Stoke[b], S. Th. D. et eidem Episcopo quondam a Sacris, pæne omnia huc accedunt. Valeas, Lector pie, et precibus tuis adsit Sanctus Dei Spiritus.

[a] [De Richardo Drake plura videas apud Andrewes Op. Ang. tom. vii. p. 167.]

[b] [David Stokes. Vide Præf. nostram.]

ΕΥΧΑΙ

ΙΔΙΑΙ ΚΑΘΗΜΕΡΙΝΑΙ.

PRECES

PRIVATÆ QUOTIDIANÆ.

ΕΥΧΑΙ ΚΑΘΗΜΕΡΙΝΑΙ.

ΩΡΑΙ ΕΥΧΗΣ.

ΠΑΝΤΟΤΕ.

Ἀδιαλείπτως.

Ἐν παντὶ καιρῷ.

Καιροὺς τρεῖς τῆς ἡμέρας ἦν κάμπτων ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ, καὶ προσευχόμενος, καὶ ἐξομολογούμενος ἐναντίον τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, καθὼς ἦν ποιῶν ἔμπροσθεν.

Ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι, καὶ ἀπαγγελῶ, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου.

Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σε.

ά. Πρωῒ ἔννυχον λίαν.

β'. Ἐν ὄρθροις.

γ'. Ὥρᾳ τρίτῃ τῆς ἡμέρας.

δ'. Περὶ ὥραν ἕκτην.

έ. Ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην.

ϛ'. Πρὸς δείλης.

ζ'. Ἐν ταῖς νυξίν.

Μεσονύκτιον.

ΠΡΟΣΕΥΚΤΗΡΙΑ.

Ἐν παντὶ τόπῳ, οὗ ἐὰν ἐπονομάσω τὸ ὄνομά μου ἐκεῖ, καὶ ἥξω πρός σε, καὶ εὐλογήσω σε.

Συναγωγή.

Ἐν βουλῇ εὐθέων, καὶ ἐν συναγωγῇ.

PRECES QUOTIDIANÆ.

HORÆ ORATIONIS.

Semper. *Luc.* xviii. 1.

Sine intermissione. 1 *Thess.* v. 17.

Omni tempore. *Eph.* vi. 18.

Tribus temporibus in die flectebat genua sua, et adorabat, confitebaturque coram Deo suo, sicut et ante facere consueverat. *Dan.* vi. 10.

Vespere et mane et meridie narrabo, et annunciabo, et exaudiet vocem meam. *Psal.* lv. 18.

Septies in die laudem dixi tibi. *Psal.* cxix. 164.

1. Diluculo valde. *Marc.* i. 35.
2. In matutinis. *Psal.* lxiii. 6.
3. Hora diei tertia. *Act.* ii. 15.
4. Circa horam sextam. *Act.* x. 9.
5. Ad horam orationis nonam. *Act.* iii. 1.
6. Inclinata jam die. *Gen.* xxiv. 63.
7. In noctibus. *Psal.* cxxxiv. 2.
   Media nocte. *Psal.* cxix. 62.

LOCI ORATIONIS.

In omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te et benedicam tibi. *Exod.* xx. 24.

Congregatio.

In concilio justorum, et congregatione. *Psal.* cxi. [1.]

Ταμιεῖον.

Εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖον, καὶ κλείσας τὴν θύραν, πρόσευξαι τῷ πατρί σου, τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ.

Ὑπερῷον.

Ἀνέβη ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι.

Ἱερόν.

Ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερόν.

Αἰγιαλός.

Ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν.

Κῆπος.

Ἐν κήπῳ.

Κοίτη.

Ἐπὶ τῶν κοιτῶν.

Ἔρημος.

Ἐν ἐρήμῳ.

Ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς, καὶ διαλογισμοῦ.

ΕΝΤΕΥΞΕΙΣ.

Ἐν δὲ λιταζομένοισι Σαμουήλ.

Ἐμοὶ δὲ μηδαμῶς γένοιτο τὸ ἁμαρτεῖν ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, ἀνιέναι τοῦ προσεύχεσθαι ἐνώπιον αὐτοῦ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τοῦ δεῖξαι ὑμῖν τὴν ὁδὸν ἀγαθὴν καὶ εὐθεῖαν.

Ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν

Ὁ εἰσακούσας τῆς προσευχῆς,
πρός σε ἥξει πᾶσα σάρξ·
ἥξει καὶ ἧδε·

Cubiculum.

Intra in cubiculum, et clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito. *Matt.* vi. 6.

Cœnaculum.

Ascendit in superiora ut oraret. *Act.* x. 9.

Templum.

Ascendebant in Templum. *Act.* iii. 1.

Litus.

In litore. *Act.* xxi. 5.

Hortus.

In horto. *Joan.* xviii. 2.

Cubile.

In cubilibus suis. *Psal.* cxlix. 5.

Desertum.

In Deserto. *Marc.* i. 35.

In omni loco levantes puras manus sine ira et disceptatione. 1 *Tim.* ii. 8.

INTERCESSIONES.

Et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus. [*Ps.* xcix. 6.]

Absit autem a me hoc peccatum in Dominum, ut cessem orare pro vobis, et docere vos viam bonam et rectam. 1 *Sam.* xii. 23.

Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus. *Act.* vi. 4.

O qui exaudis orationem,
Ad te omnis caro veniet:
Veniet et hæc.

Ἀλλὰ λόγοι ἀνομιῶν ὑπερεδυνάμωσαν ἐμὲ,

Ταῖς ἁμαρτίαις μου σὺ ἱλάσῃ.

Κύριε, τὰ χείλη μου ἀνοίξεις,

Καὶ τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου.

Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου, προσκυνήσω σε πρὸς ναὸν ἅγιόν σου ἐν φόβῳ σου.

Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς φωνῆς τῆς δεήσεως ἐμῆς ἐν τῷ δέεσθαί με πρός σε, ἐν τῷ αἴρειν με τὰς χεῖράς μου πρὸς ναὸν ἅγιόν σου.

Ὑπολαμβάνωμεν, ὁ Θεὸς, τὸ ἔλεός σου ἐν μέσῳ τῷ οἴκῳ σου.

Μνήσθητι τῶν περιεστώτων ἡμῖν ἀδελφῶν, καὶ συνευχομένων ἡμῖν ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ.

Μνήσθητι τῆς προθυμίας καὶ τῆς σπουδῆς αὐτῶν.

Μνήσθητι καὶ τῶν δι' εὐλόγους αἰτίας ἀπολειφθέντων, καὶ ἐλέησον αὐτοὺς καὶ ἡμᾶς κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου, Κύριε.

Μακαρίσωμεν τοὺς εὐσεβεῖς βασιλέας, τοὺς ὀρθοδόξους ἀρχιερεῖς, τοὺς κτίστορας τοῦ ἁγίου φροντιστηρίου τούτου.

Δόξα σοι, Κύριε, δόξα σοι,

Δόξα σοι τῷ δοξάζοντι αὐτοὺς,

Ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς σε δοξάζομεν.

Ἔστωσαν οἱ ὀφθαλμοί σου ἀνεῳγμένοι, καὶ τὰ ὦτά σου ἐπήκοα, τοῦ ἀκοῦσαι τῆς προσευχῆς, ἧς προσεύχεται ὁ παῖς σου εἰς τὸν τόπον τοῦτον, οὗ ἐπεκλήθη τὸ ὄνομά σου ἐκεῖ.

Verba iniquorum prævaluerunt super me, et impietatibus nostris tu propitiaberis. *Psal.* lxv. 2, 3.

Domine, labia mea aperies,

Et os meum annuntiabit laudem tuam. *Psal.* li. 15.

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ accedam ad domum tuam, adorabo ad sanctum tuum templum in timore tui. *Psal.* v. 7.

Exaudi, Domine, vocem orationis meæ in tempore quo precor ad te, et attollo manus meas ad sanctum tuum templum. *Psal.* xxviii. 2.

Suscipiamus, Domine, misericordiam tuam in medio domus tuæ. *Psal.* xlviii. 9.

Memor esto, Domine, fratrum nobis circumstantium, et comprecantium nobis hac hora.

Memor esto industriæ et studii eorum.

Memor etiam esto eorum, qui propter rationabiles causas absunt, et miserere eorum et nostri secundum multitudinem misericordiarum tuarum, O Domine.

Celebremus pios Reges, Orthodoxos Præsules,
Conditores hujus sacri Collegii.
Gloria tibi Domine, tibi Gloria,
Gloria tibi, qui illos glorificasti,
Propter quos et nos te glorificamus.

Aperiantur, quæso, oculi tui, et aures tuæ intentæ sint ad orationem, quam servus tuus facit in hoc loco, in quo invocatum est nomen tuum. 2 *Chron.* vi. 40.

῾ΟΜΟΛΟΓΙΑΙ.

Οἴμοι, ἥμαρτόν σοι, Κύριε, ἥμαρτόν σοι.
᾿Ω οἷα συνετέλουν,
Καὶ οὐκ ἄξια ἤτασάς με, ὧν ἥμαρτον.
᾿Αλλ᾿ ἐντρέπομαι,
Καὶ ἀποστρέφω ἀπὸ τῶν ὁδῶν μου πονηρῶν.
Καὶ ἐπιστρέφω ἐπὶ τὴν καρδίαν μου,
Καὶ ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ μου ἐπιστρέφω ἐπί σε.
Καὶ ζητῶ τὸ πρόσωπόν σου,
Καὶ δέομαί σου, λέγων,
῞Ημαρτον, ἠνόμησα, ἠδίκησα,
Οἶδα, Κύριε, τὴν πληγὴν τῆς καρδίας μου,
Καὶ ἰδοὺ, ἐπιστρέφω ἐπί σε
᾿Εν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ μου, καὶ
᾿Εν ὅλῃ τῇ ἰσχΰι μου.
Καὶ νῦν συ, Κύριε, ἐκ τοῦ κατοικητηρίου σου,
᾿Εκ θρόνου δόξης τῆς βασιλείας σου ἐν οὐρανοῖς
Εἰσάκουσον δὴ τῆς προσευχῆς
Καὶ δεήσεως τοῦ δούλου σου,
Καὶ ἵλεως ἴσθι τῷ δούλῳ σου,
Καὶ ἴασαι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.
Οὐ τολμῶ οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου
Εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπαίρειν,
᾿Αλλὰ μακρόθεν ἑστὼς
Τύπτω εἰς τὸ στῆθός μου,
Καὶ λέγω μετὰ τοῦ τελωνοῦ,
῾Ο Θεὸς, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ,
Τῷ ἁμαρτωλῷ ὑπὲρ τελωνοῦ,
῾Ιλάσθητι ὥσπερ τῷ τελωνῇ.

CONFESSIONES.

Hei mihi, peccavi tibi, Domine, peccavi tibi, O quantum deliqui, et ut eram dignus non recepi! *Job.* xxxiii. 27.

Sed confundor,
Et convertor a viis iniquitatis meæ,
Et convertor ad cor meum,
Et in toto corde meo ad te convertor,
Et quæro faciem tuam,
Et deprecor te, dicens,
Peccavi, inique feci, injuste egi,
Cognovi, Domine, plagam cordis mei,
Et ecce! convertor ad te
In toto corde meo, et
Tota anima mea.
Et nunc tu, Domine, exaudi de Cœlo,
De sublimi habitaculo tuo,
De solio gloriæ Regni tui in Cœlis
Orationem et precem servi tui,
Et propitiare servo tuo,
Et sana animam ejus. 1 *Reg.* viii. 28.
Non audeo nedum oculos meos
Ad Cœlos levare,
Sed a longe stans
Percutio pectus meum,
Et cum Publicano dico,
Deus, propitius esto mihi peccatori,
Mihi supra Publicanum peccatori,
Propitius esto quemadmodum Publicano. *Luc.* xviii. 13.

Τὸ ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι, καὶ τὸ ἐγκατάλειμμα τοῦ ἐνθυμίου ἑορτάσει σοι.

Ἥμαρτον. ὁμολογῶ. ἐλέησον { κατά. διά. ὡς. }

Προαιρῶ. ἀσθενῶ. βοήθησον { διά. ἐν. }

Πιστεύω, Κύριε, βοήθει τῇ μου ἀπιστίᾳ·
πρόσθες ὀλιγοπιστίᾳ.
Καὶ νῦν τίς ὑπομονή μου ;
Οὐχί συ ;
Ναὶ ἡ ὑπόστασίς μου παρὰ σοῦ ἐστί.
Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου,
καὶ κατανοήσω.
Κλῖνον τὴν καρδίαν,
καὶ ἐπιποθήσω.
Ἴθυνον τὰ διαβήματα,
καὶ περιπατήσω ἐν τῇ ὁδῷ τῶν ἐντολῶν σου.

ΕΙΣΟΔΟΣ.

Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

ά. Κτίσις.
Γένος ἀνθρώπινον.
Περικείμενοι τὴν ἀσθένειαν.

β′. Καθολική.
Ἀνατολική.
Δυτική.
Βρεττανική.

γ′. Ἐπίσκοποι.
Πρεσβύτεροι.
Κλῆρος.
Ὁ φιλόχριστος λαός.
Ὁ ἐν ἡμῖν.

δ′. Τά πολιτεύματα τῆς Οἰκουμένης.
Χριστιανα.

Cogitatio hominis confitebitur tibi: et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. *Psal.* lxxvi. 10.

Peccavi. Confiteor. Miserere { secundum. / per et propter. / sicut. }

Propono. Infirmus sum. Fer opem { per. / in. }

Credo, Domine, adjuva meam infidelitatem. [*Marc.* ix. 24.]

Adauge quod mihi est pusillum fidei.

Et nunc quæ est expectatio mea?

Nonne tu?

Et substantia mea apud te est. [*Psal.* xxxix. 7.]

Revela oculos meos,

et intelligam. [*Psal.* cxix. 18.]

Inclina cor meum, [*Ibid.* 36.]

et diligam.

Dirige gressus meos, [*Ibid.* 133.]

et incedam in via Mandatorum tuorum.

INTROITUS AD ORATIONEM.

Oremus Dominum.

1. Creatura.
   Genus humanum.
   Quibus male est.

2. Catholica.
   Orientalis.
   Occidentalis.
   Britannica.

3. Episcopi.
   Presbyteri.
   Clerus.
   Populus Christianus.
   Noster.

4. Imperia Orbis.

   Christiana.

Πλησιόχωρα.

Τὸ ἐν ἡμῖν.

έ. Οὓς ἐδικαίωσας βασιλεύειν.

Ὁ ἡμέτερος.

Βουλή.

Δίκη.

Κράτος.

Βία.

Δῆμος.

Διαδοχή.

Διδασκαλία.

ϛ'. Φύσις.

Εὐπεπονθός.

Λειτουργία σαρκικῶν.

Ἐπιτροπὴ

Τῶν πάλαι,
- Φροντιστήριον.
- Παροικία.
- Πηγὴ Μεσημβρινή.
- Ἁγίου Παύλου.
- Ἐπιζεφύριον.
- Κικεστρία.
- Ἐλεόπολις.

Τῶν νῦν,
- Διοίκησις Οὔιντον.
- Τέμενος.
- Ἐκκλησία.
- Τέμενος Βασιλικόν.
- Οἰκονομία ἐλεημοσύνης Βασιλικῆς.
- Φροντιστήρια ϛ'.

ζ'. Φιλία ἠθική.

Ἀλληλούϊα

Vicina.

Nostrum.

5. Quos Æquum censuisti Reges esse.

Noster.

Consiliarii.

Judices.

Præsides.

Vis Bellica.

Plebs.

Soboles.

Scholæ.

6. Natura.

Beneficentia.

Ministeria in necessariis.

Fidei commissum

olim, { Collegium.
Parœcia.
Fons Australis.
S. Pauli.
Westmonasterium.
Cicestria.
Elcopolis. }

nunc, { Diœcesis Wintoniensis.
Sacellum.
Ecclesia.
Sacellum Regium.
Dispensatio Eleemosynarum Regiarum.
Collegia 6. }

7. Amicitia Moralis. Alleluia.

Ἀγάπη Χριστιανή.
Τὸ πλησίον.
Ἡ ἐπαγγελία. — Μὴ διαφθείρῃς.
Τὸ ἐπάλληλον.
Ἀσχολία. — Ὠσαννὰ ἐν { ὑψίστοις. / ἐπιγείοις.
Πανενδεία ἐντευκτῶν.
Οἱ ἐν ἐσχάτοις.
Οἱ περὶ κατόρθωμά τι
καλλιεργοῦντες.
Σκανδαλισθέντες
παρ' ἐμοῦ ποτέ.

ΤΗΣ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ ΠΕΡΙΣΤΑΣΕΙΣ.

α΄. Γονυκλισία. — Ταπείνωσις.
Γονυπέτεια.
Ἐπὶ πρόσωπον.
Ἐταπεινώθη εἰς χοῦν ψυχή } μου.
Ἐκολλήθη εἰς γῆν γαστήρ }
β΄. Κεφαλοκλισία.
Κατήφεια. — Ἐντροπή.
γ΄. Στερνοκτυπία. — Ἀγανάκτησις.
δ΄. Φρίκη. — Φόβος.
ε΄. Στεναγμός.
χειροπληξία. — Λύπη.
ϛ΄. Ἔπαρσις { Ὀφθαλμῶν / Χειρῶν. — Ἐπιπόθησις.
ζ΄. Ὑπωπιασμός. — Ἐκδίκησις.

Christiana Caritas.
Loci vicinitas.
Promissum. Ne corrumpas.
Mutuum officium.
Negotiorùm moles. Hosanna
Intercessorum inopia. in {excelsis / terrenis.
Qui in extremis sunt.
Qui insigne aliquod
opus præ manibus habent.
A me scandalizati
unquam fuerant.

ORATIONIS CIRCUMSTANTIÆ.

1. Genuflexio. Humiliatio.
Procumbere in genua. *Luc.* xxii. 41.
Prosterni super faciem. *Mat.* xxvi. 39.
Humiliata est in pulvere anima mea:
Conglutinatus est in terra venter meus. *Psal.* xliv. 25.
2. Capitis inclinatio.
Vultus demissio. [*Ez.* ix. 6.] Confusio.
3. Pectoris plangor. [*Luc.* xviii. 13.] Indignatio.
4. Horror. [*Job.* iv. 14.] Timor.
5. Gemitus. [*Is.* lix. 11.]
Manuum complosio. Dolor.
6. Elevatio {Oculorum. [*Ps.* cxxiii. 1.] Desiderium.
{Manuum. [*Ps.* cxliii. 6.]
7. Suggillatio. [1 *Cor.* ix. 27.] Vindicta. 2. *Cor.* vii. 11.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΤΟΥ ΟΡΘΡΟΥ.

Δόξα σοι, Κύριε, δόξα σοι,
Δόξα τῷ παρασχόντι μοι ὕπνον
Εἰς ἀνάπαυσιν ἀσθενείας,
Καὶ εἰς ἄνεσιν τῶν κόπων
τῆσδε τῆς πολυμόχθου σαρκός.

Τὴν ἡμέραν ταύτην καὶ πᾶσαν,
Τελείαν, ἁγίαν, εἰρηνικὴν, ὑγιῆ,
ἀναμάρτητον διάγειν
Παράσχου, Κύριε.
Ἄγγελον εἰρήνης, πιστὸν ὁδηγὸν,
Φύλακα τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων,
παρεμβάλλοντά με κύκλῳ,
καὶ τὰ σωτηριώδη μοι ἀεὶ ὑποτιθέμενον
Παράσχου, Κύριε.
Τὴν συγγνώμην καὶ τὴν ἄφεσιν
πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν,
καὶ πάντων τῶν πλημμελημάτων
Παράσχου, Κύριε.
Τὰ καλὰ καὶ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν,
Καὶ εἰρήνην τῷ κόσμῳ
Παράσχου, Κύριε.
Τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν
ἐν μετανοίᾳ καὶ εὐλαβείᾳ,
ἐν ὑγιείᾳ καὶ εἰρήνῃ ἐκτελέσαι
Παράσχου, Κύριε.
Ὅσα ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα

OFFICIUM MATUTINUM.

Gloria tibi, Domine, tibi gloria,
Gloria, qui mihi somnum dederis
In reparationem infirmitatis,
Et in requiem laborum
hujus fragilis carnis.

Hanc diem, et omnem,
Perfectam, sanctam, placidam, sanam,
peccati immunem transigere
Concede, Domine.

Angelum pacis, fidum ducem,
Custodem animarum et corporum,
Castrametantem in circuitu meo, [*Ps.* xxxiv. 7.]
Et mihi salutaria semper suggerentem
Concede, Domine.

Veniam et remissionem
Omnium peccatorum
Et delictorum omnium
Concede, Domine.

Bona, et quæ animabus nostris expediunt,
Et pacem mundo
Concede, Domine.

Reliquum vitæ nostræ tempus
In pœnitentia et reverentia,
In sanitate et pace transigere
Concede, Domine.

Quæcunque vera, quæcunque decora, quæcunque justa,

προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴτις ἀρετὴ, καὶ εἴτις ἔπαινος,
ταῦτα λογίζεσθαι, καὶ ταῦτα πράττειν
Παράσχου, Κύριε.

Χριστιανὰ τὰ τέλη τῆς ζωῆς ἡμῶν,
Ἀναμάρτητα, ἀνεπαίσχυντα,
Κἄν σοι δοκῇ ἀνώδυνα,
Καὶ καλὴν ἀπολογίαν παρὰ τοῦ φρικτοῦ
καὶ φοβεροῦ βήματος Ἰησοῦ Χριστοῦ
Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Παράσχου, Κύριε.

ΟΥΣΙΑ ὑπερούσιε, φύσις ἄκτιστε,
Τοῦ ὅλου δημιουργὲ,
Προορῶ σε, Κύριε, ἐνώπιόν μου,
Καὶ ἀείρω πρός σε τὴν ψυχήν μου.
Προσκυνῶ σε θεὶς τὰ γόνατα,
Καὶ ταπεινοῦμαι ὑπὸ τὴν κραταίαν σου χεῖρα.
Διαπεταννύω πρός σε τὰς χεῖράς μου,
Ἡ ψυχή μου γῆ ἄνυδρός σοι.
Τύπτω εἰς τὸ στῆθός μου,
Καὶ λέγω μετὰ Τελωνοῦ,
Ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι { τῷ ἁμαρτωλῷ,
τῷ πάνυ.
Τῷ ἁμαρτωλῷ ὑπὲρ Τελωνοῦ
Ἱλάσθητι ὥσπερ τῷ Τελωνῇ.
Πάτερ οἰκτιρμῶν,
Δέομαι τῆς πατρικῆς σου εὐσπλαγχνίας,
Μή με παρίδης { Σκώληκα ῥυπαρόν.
Κύνα τεθνηκότα.
Θνησιμαῖον σαπρόν.

quæcunque casta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus, hæc cogitare et hæc facere, (*Phil.* iv. 8.) *Concede, Domine.*

Christianos vitæ nostræ exitus,

Peccati, pudoris, et,

Si tibi videbitur, doloris expertes,

Et defensionem bonam ante tremendum et terribile tribunal JESU CHRISTI Domini nostri

Concede, Domine.

ESSENTIA superessentialis, natura increata,

Universi creatrix,

Provideo te, Domine, in conspectu meo, *Psal.* xvi. 9.

Et ad te levo animam meam. *Psal.* xxv. 1.

Adoro te positis genibus, [*Psal.* xcv. 6.]

Et humilior sub potenti manu tua. 1. *Pet.* v. 6.

Expando manus meas ad te,

Anima mea sicut terra sine aqua tibi, *Psal.* cxliii. 6.

Percutio pectus meum, *Luc.* xviii. 13.

Et dico cum Publicano,

Deus propitius esto mihi { peccatori admodum,
peccatorum primo. 1. *Tim.* i. 15.

Supra Publicanum peccatori

Propitius esto tanquam Publicano.

O Pater misericordiarum,

Obsecro paterna tua viscera,

Ne me despicias { Vermem immundum, [*Ps.* xxii. 6.]
Canem mortuum. 2. *Sam.* ix. 8.
Cadaver putridum.

Τὸ πλάσμα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς,
Τὴν εἰκόνα σὴν μὴ παρίδῃς,
Εἰ καὶ στίγματα φέρουσαν τῆς ἁμαρτίας.
Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.
Κύριε, μόνον εἰπὲ λόγῳ, καὶ καθαρισθήσομαι.

Καὶ σὺ Σῶτέρ μου Χριστὲ,
Χριστὲ Σῶτέρ μου,
Σῶτερ ἁμαρτανόντων, ὧν ἐγὼ πρῶτος,
Μή με παρίδῃς,
Μή με παρίδῃς, Κύριε.
Τὴν τιμὴν τοῦ αἵματός σου,
Τὴν ἐπωνυμίαν σὴν μὴ παρίδῃς,
Μή με παρίδῃς, Κύριε·
Ἀλλ' ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ ὀφθαλμοῖς
Σοῦ ἐκείνοις, οἷς ἐπέβλεψας
Τῇ Μαγδαληνῇ ἐν δοχῇ,
Τῷ Πέτρῳ ἐν αὔλῃ,
Τῷ Λῃστῇ ἐπὶ ξύλῳ.
Ὥστε μετὰ τοῦ Λῃστοῦ παρακαλεῖν σε ταπεινῶς,
Μνήσθητί μου, Κύριε, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου·
Μετὰ Πέτρου πικρῶς κλαίειν, καὶ λέγειν,
ὦ τίς δώσει πηγὴν δακρύων ὀφθαλμοῖς μου,
καὶ κλαύσομαι ἡμέρας καὶ νυκτός;
Μετὰ Μαγδαληνῆς ἀκοῦσαί σου λέγοντος,
Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.
Καὶ μετ' αὐτῆς πολὺ ἀγαπᾶν,
Ὅτι πολλαί μοι, ὅτι πολλαπλάσιαι
ἀφέθησαν.

Opus manuum tuarum ne despicias. *Ps.* cxxxviii. 8.
Imaginem tuam ne despicias, [*Gen.* i. 27.]
Etsi notas peccati gerentem.
Domine, si vis, potes me mundare.
Domine, dic tantum verbo, et mundabor. *Mat.* viii. 2, 8.

Et tu mi Salvator Christe,
Christe Salvator mi!
Salvator peccantium, quorum ego primus, 1. *Tim.* i. 15.
Ne me despicias,
Ne me despicias, Domine.
Pretium sanguinis tui,
Signaculum nominis tui ne despicias,
Ne me despicias, Domine,
Quin respice me oculis tuis,
Illis quibus respexisti
Magdalenam in convivio,
Petrum in aula,
Latronem in patibulo.
Ut cum Latrone humiliter te invocem,
Memento mei, Domine, in regno tuo. *Luc.* xxiii. 42.
Cum Petro defleam amare, et dicam, *Mat.* xxvi. 75.
O quis dabit oculis meis fontem lacrymarum,
Et plorabo die ac nocte! [*Jer.* ix. 1.]
Cum Magdalena audiam te dicentem,
Dimissa tibi sunt peccata tua:
Et cum ipsa multum diligam;
Quia multa mihi, et multiplicia
dimissa sunt. *Luc.* vii. 47, 48.

Καὶ σὺ, πανάγιον καὶ ἀγαθὸν
καὶ ζωοποιὸν Πνεῦμα,
Μή με παρίδῃς
Τὴν πνοήν σου,
Τὰ ἅγιά σου μὴ παρίδῃς·
Ἀλλ' ἐπίστρεψον, Κύριε, ἕως πότε; καὶ
παρακλήθητι ἐπὶ τῷ δούλῳ σου ἐπισκέψαι.

ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ εἶ, Κύριε,
Ὁ Θεὸς ἡμῶν,
Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν,
Ὁ τρέπων εἰς τὸ πρωῒ σκιὰν θανάτου,
καὶ ἐμφανίζων τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.
Ὁ ἀφιστάμενος σκότον ἐκ προσώπου φωτός·
ὁ χωρίζων νύκτα καὶ ἐπανάγων ἡμέραν·
Ὁ φωτίσας ὀφθαλμούς μου,
ἵνα μὴ ὑπνώσω εἰς θάνατον.
Ὁ ῥύσας με ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ,
ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου.
Ὁ ἀπώσας ὕπνον ὀφθαλμῶν μου,
τῶν βλεφάρων μου νυσταγμούς·
Ὁ εἰσόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρπων,
Ὅτι ἐκοιμήθην, καὶ ὕπνωσα, καὶ ἀνέστην,
Ἐπεὶ σὺ, Κύριε, ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με,
Ὅτι ἐξηγέρθην, καὶ εἶδον,
καὶ ὁ ὕπνος μου γλυκὺς ἐγένετό μοι.
Ἀπάλειψον ὡς δνόφον νυκτὸς ἀνομίας.
διασκέδασον ὡς νεφέλην πρωϊνὴν, ἁμαρτίας μου.
Δός μοι γενέσθαι υἱὸν φωτὸς, υἱὸν ἡμέρας,

Et tu Sanctissime, bone,
Vivifice Spiritus,
Ne me despicias
Spiraculum tuum,
Sancta tua ne despicias.
Sed convertere, Domine, usquequo? et
Deprecabilis esto super servo tuo. *Psal.* xc. 13.

BENEDICTUS es, Domine,
Deus noster,
Deus Patrum nostrorum,
Qui convertis in auroram umbram mortis, *Amos* v. 8.
Et renovas faciem terræ. *Ps.* civ. 30.
Qui dispellis tenebras a facie lucis,
Qui amoves noctem et reducis diem:
Qui illuminasti oculos meos,
Ne obdormirem in morte. *Ps.* xiii. 3.
Qui liberasti me a terrore nocturno,
A negotio perambulante in tenebris. *Ps.* xci. 5, 6.
Qui transire fecisti somnum ab oculis meis,
Et a palpebris meis dormitationem. *Ps.* cxxxii. 4.
Qui ovare facis exitus matutini et vespertini temporis. *Ps.* lxv. 8.
Quia decubui, et obdormivi, et exsurrexi. *Ps.* iii. 5.
Quoniam tu, Domine, suscepisti me. *Ps.* iv. 9.
Quia de somno suscitatus sum, et vidi,
Et somnus meus dulcis mihi erat. *Jer.* xxxi. 26.
Dele, Domine, sicut nubem noctis iniquitates meas, et dissipa
sicut matutinam nebulam peccata mea. *Isa.* xliv. 22.
Da mihi, ut sim filius lucis, filius diei, 1. *Thess.* v. 5.

ὡς ἐν ἡμέρᾳ σωφρόνως, ἁγνῶς, εὐσχημόνως
περιπατεῖν.
Ἀξίωσον ἐμὲ τὴν ἡμέραν ταύτην ἀναμάρτητον διαφυλάξαι.
Ὑποστηρίζων καταπίπτοντα, ἀνορθῶν καταπεπτωκότα που,
ἵνα μή ποτε σκληρύνω τὴν καρδίαν ἐν παραπικρασμῷ,
ἢ πειρασμῷ, ἢ ἐν ἀπάτῃ τινὸς ἁμαρτίας.
Ἔτι δὲ καὶ ῥῦσον ἐμὲ σήμερον
Ἐκ παγίδος θηρευτῶν,
Ἀπὸ λόγου ταραχώδους,
Ἀπὸ βέλους πετομένου τῆς ἡμέρας,
Ἀπὸ συμπτώματος,
Ἀπὸ δαιμονίου μεσημβρινοῦ.
Ἀπὸ τῆς κακίας ἐμῆς διαφύλαξον τὴν ἡμέραν,
Ἀπὸ τῆς κακίας τῆς ἡμέρας διαφύλαξον ἐμέ.
Μὴ ἐκλείπωσιν ἐν ματαιότητι ἡμέραι μου,
Τὰ ἔτη μου ἐν δυστηνίᾳ.
Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγοι ῥῆμα,
Ἡ σήμερον τῇ χθὲς γνῶσιν ἢ πρᾶξιν τινά.
Ακουστὸν πόίησόν μοι τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου,
Ὅτι ἐπί σοι ἤλπισα·
Γνώρισόν μοι ὁδὸν, ἐν ᾗ πορεύσομαι,
Ὅτι πρός σε ἦρα τὴν ψυχήν μου.
Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, Κύριε·
Ὅτι πρός σε κατέφυγον.
Δίδαξόν με ποιεῖν τὸ θέλημά σου,
Ὅτι Θεός μου εἶ Σύ.
Τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με
ἐν γῇ εὐθείᾳ.
Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ζήσεις με, Κύριε,'
Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ἐξάξεις ἐκ θλίψεως

Sicut in die sobrie, caste, composite ambulare. *Rom.* xiii. 13.

Dignare me isto die sine peccato custodire. [*Te Deum.*]

Qui sustines labentem, erigis lapsum, concede, nequando obdurem cor, aut exacerbatione, aut tentatione, aut fallacia peccati quacunque. *Ps.* cxlv. 14. *Ps.* xcv. 8. *Heb.* iii. 8, 13.

Etiam libera me hodie
De laqueo venantium,
De aspero verbo,
A sagitta volante per diem,
A Symptomate,
A Dæmonio meridiano. *Ps.* xci. 3, 5, 6.

A malitia mea libera diem hunc,
A malitia diei hujus libera me. [*Matt.* vi. 34.]

Ne deficiant in vanitate dies mei,
Anni mei in luctu. [*Ps.* lxxviii. 33.]

Dies diei eructet verbum, [*Ps.* xix. 2.]
Hodierna hesternæ scientiam aut opus aliquod.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam,
Quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem,
Quia ad te levavi animam meam. *Ps.* cxliii. 8.

Eripe me de inimicis meis, Domine,
Quia ad Te confugi. *Vers.* 9.

Doce me facere voluntatem tuam,
Quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me
In terram rectam. *Vers.* 10.

Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me:
In justitia tua educes de tribulatione

τὴν ψυχήν μου.
Ἀπανάστησον τῆς ψυχῆς μου
λογισμοὺς ἀσυνέτους.
Ἔμπνευσον δὲ ἀγαθοὺς,
καὶ εἰς εὐδοκίαν ἐνώπιόν σου.
Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου,
τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα.
Οἱ ὀφθαλμοί μου τὰ ὀρθὰ βλεπέτωσαν,
καὶ τὰ βλέφαρα νευέτω τὰ δίκαια.
Ἐν ἀκάνθαις φράξον τὰ ὦτά μοι,
τοῦ μὴ προσέχειν τοῖς λόγοις ἀπαιδεύτοις.
Τὸ πρωῒ πρόσθες μοι τὸ ὠτίον τοῦ ἀκούειν,
Καὶ τῇ παιδείᾳ τῶν λογίων ἄνοιγε τὰ ὦτά μοι.
Θοῦ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματι,
Θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου.
Ὁ λόγος μου ἅλατι ἠρτυμένος ἔστω,
Ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι.
Μηδέν μοι ἔργον γενέσθω εἰς λυγμὸν,
ἢ εἰς σκάνδαλον καρδίας.
Γενέσθω δὲ ἔργον τὶ, περὶ οὗ μνησθῇς μου, Κύριε, εἰς ἀγαθωσύνην, καὶ φεῖσαί μου κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου.

ΕΙΣ χεῖράς σου παραθήσομαι
Πνεῦμα, ψυχὴν, σῶμά μου,
Ἔκτισας, ἐλύτρωσας, ἀνεγέννησας αὐτὰ,
Κύριε ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας,
Καὶ μετ᾽ ἐμοῦ τοὺς ἐμοὺς πάντας, καὶ τὰ ἐμὰ πάντα.
Ἐχαρίσω μοι αὐτὰ, Κύριε, ἐν ἀγαθωσύνῃ σου.
Φύλαξον ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς κακοῦ,

animam meam. *Vers.* 11.

Pelle ex anima mea

cogitationes insensatas. *Sap. Sol.* i. 5.

Inspira autem bonas,

et in conspectu tuo complacitas.

Averte oculos meos

ne videant vanitatem. *Psal.* cxix. 37.

Oculi mei quod rectum est aspiciant,

Et palpebræ annuant rectis. *Pro.* iv. 25.

Sepi aures meas spinis,

Ne intendant sermonibus absque intellectu.

Erige mane mihi aurem audientem, *Es.* l. 4, 5.

Ut attentus sim sermonibus disciplinæ.

Pone, Domine, custodiam ori meo,

ostium circumstantiæ labiis meis. *Psal.* cxli. 3.

Esto sermo meus sale conditus, *Coloss.* iv. 6.

ut det gratiam audientibus. [*Eph.* iv. 29.]

Nihil quod facturus sum sit mihi in singultum vel scandalum cordis. 1 *Sam.* xxv. 31.

Præparetur autem mihi aliquod opus, pro quo memor sis mei in bonum, et parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum. *Nehem.* xiii. 22, 31.

In manus tuas commendo

Spiritum, animam, corpus meum.

Creasti, redemisti, et regenerasti illa

Domine, Deus veritatis, *Psal.* xxxi. 6.

Et mecum meos omnes et mea omnia.

Donavisti mihi illa, Domine, in benignitate tua. *Gen.* xxxiii. 5.

Custodi nos ab omni malo, *Psal.* cxxi. 7.

Φύλαξον τὰς ψυχὰς ἡμων,
Δέομαί σου, Κύριε.
Φύλαξον ἀπταίστους, καὶ στῆσον ἀμώμους
ἐνώπιον δόξης σου ἐν
Ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

Φύλαξον τὴν ἔξοδόν μου, καὶ τὴν εἴσοδόν μου.
Ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.
Εὐόδωσον δὴ τῷ παιδί σου σήμερον, καὶ δός αὐτὸν
εἰς οἰκτιρμοὺς ἐνώπιον ἐντυγχανόντων αὐτῷ.
Ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες,
Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον.
Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με,
Δὸς τὸ κράτος σου τῷ παιδί σου,
Καὶ σῶσον τὸν υἱὸν τῆς παιδίσκης σου.
Ποίησον μετ' ἐμοῦ σημεῖον εἰς ἀγαθὸν,
Τοῦ μὴ αἰσχυνθῆναί με ἐνώπιον τῶν
μισούντων με·
Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐβοήθησάς μοι,
καὶ παρεκάλεσάς με.

Custodi animas nostras,
Rogo te, Domine.
Conserva sine peccato et constitue immaculatos
In conspectu gloriæ tuæ, *Jud.* 24.
In die isto. 2 *Tim.* i. 18.

Custodi exitum meum et introitum meum,
Ex hoc nunc et usque in sæculum. *Ps.* cxxi. 8.
Dirige servum tuum hodie, et
Da ei misericordiam ante occurrentes. *Neh.* i. 11.
Deus, in adjutorium meum intende,
Domine, ad adjuvandum me festina, *Psal.* lxx. 1.
Respice in me, et miserere mei,
Da imperium tuum puero tuo,
Et salvum fac filium ancillæ tuæ. *Psal.* lxxxvi. 16.
Fac mecum signum in bonum,
Ne confundar in conspectu eorum,
qui oderunt me:
Quoniam tu, Domine, adjuvisti me,
Et consolatus es me. *Vers.* 17.

ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ

ΔΙΑ τὰ σπλάγχνα οἰκτιρμῶν
τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐπεσκέψατο
ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους.
Δόξα σοι, Κύριε, δόξα σοι,
τῷ κτίσαντι φῶς, καὶ φωτίσαντι
τὴν οἰκουμένην.
Φῶς ὁρατὸν,
Ἀκτῖνα ἡλιακὴν, φλόγα πυρὸς,
Ἡμέραν καὶ νύκτα,
Ἑσπέραν καὶ πρωΐ.
Φῶς νοητὸν,
Γνωστὸν τοῦ Θεοῦ,
Γραπτὸν τοῦ νόμου,
Λόγια Προφητῶν,
Μελωδίαν Ψαλμῶν,
Νουθεσίαν Παροιμιῶν,
Ἐμπειρίαν Ἱστοριῶν,
Φῶς ἀνέσπερον.

Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν,
Συστήσασθε ἑορτὴν ἐν πυκάζουσιν,
ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου.
Δι' ἀναστάσεως σου ἐξανάστησον ἡμᾶς
εἰς καινότητα τῆς ζωῆς,

DIEI PRIMÆ.

PER viscera misericordiæ
Dei nostri, visitavit
Nos Oriens ex alto. *Luc.* i. 78.
Gloria tibi, Domine, tibi gloria,
Qui creasti lucem, et illuminasti
Mundum, *Gen.* i. 3.
Lucem visibilem,
Radium Solarem, Flammam ignis,
Diem et noctem,
Vesperam et mane.
Lucem intellectualem,
Illud quod notum est Dei, *Rom.* i. 19.
Scriptum est Legis, *Luc.* x. 26.
Oracula Prophetarum,
Melodiam Psalmorum,
Proverbiorum disciplinam,
Historiarum experientiam,
Lucem inocciduam.

Deus Dominus, et illuxit nobis.
Constituite diem solennem in condensis
Usque ad cornua Altaris. *Psal.* cxviii. 27.
Per resurrectionem tuam resuscita nos
In novitatem vitæ, *Rom.* vi. 4.

Τρόπους ἡμῖν μετανοίας ὑποτιθέμενος.
Ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν
Τὸν Ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν,
Ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου,
Τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν,
Καταρτίσαι ἡμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ,
εἰς το ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ,
Ποιῶν ἐν ἡμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ,
Διὰ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ,
ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.
Ὁ τρισάγιόν σου Πνεῦμα ἐν ἡμέρᾳ ταύτῃ
ἐπὶ τοὺς μαθητάς σου καταπέμψας,
Καὶ αὐτὸ, Κύριε, μὴ ἀντανέλῃς ἀφ᾽ ἡμῶν,
Ἀλλ᾽ ἐγκαίνισον ἡμέραν καθ᾽ ἡμέραν
ἐν ἡμῖν τοῖς δεομένοις σου.

ΟΙΚΤΙΡΜΟΝ *καὶ ἐλεῆμον Κύριε,*
Μακρόθυμε καὶ πολυέλεε,
Ἥμαρτον, Ἥμαρτον, Κύριέ, σοι.
Οἴμοι ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος,
Ἥμαρτον, Κύριέ, σοι,
Πολλὰ καὶ δεινὰ ἥμαρτον,
Καὶ ταῦτα φυλασσόμενος μάταια καὶ ψευδῆ.
Οὐ κρύπτω τι· οὐ προφασίζομαι προφάσεις τινας.
Δίδωμί σοι δόξαν, Κύριε, σήμερον.
Ἐξαγορεύω κατ᾽ ἐμαυτοῦ τὰς ἁμαρτίας μου.
Ἀληθῶς ἐγὼ ἥμαρτον ἔναντι Κυρίου,
Καὶ οὕτω καὶ οὕτως ἐποίησα.
Ὦ οἷα συνετέλουν, καὶ οὐκ ἄξια

Suggerens nobis mores pœnitentia dignos.
Deus pacis, qui eduxit de mortuis
Pastorem ovium magnum,
In sanguine testamenti æterni,
Dominum nostrum Jesum Christum,
Aptet nos in omni bono,
Ut faciamus ejus voluntatem,
Faciens in nobis quod placeat coram se,
Per JESUM CHRISTUM,
Cui est gloria in sæcula sæculorum. *Heb.* xiii. 20, [21.]
Qui ter-Sanctum tuum Spiritum hac in die
in discipulos tuos demisisti,
Eum Ipsum, Domine, ne auferas a nobis,
Sed de die in diem renova
in nobis te rogantibus. *Chrysost. Liturg.*

MISERICORS et clemens Domine, [*Ex.* xxxiv. 6. *Num.* xiv. 18.]
Longanimis et multæ miserationis,
Peccavi, Tibi, Domine, peccavi.
Eheu! Infelix ego homo, *Rom.* vii. 24.
Peccavi tibi, Domine,
Sæpe et graviter peccavi,
Idque observando vanitates et mendacia. *Jon.* ii. 8.
Non abscondo quicquam, non excuso excusationes ullas.
Psal. cxli. 4. [*sec.* LXX.]
Do tibi gloriam, Domine, hodie, *Jos.* vii. 19.
Confiteor adversum me injustitiam meam. [*Ps.* xxxii. 5.]
Vere ego peccavi Domino,
Et sic et sic feci. *Jos.* vii. 20.
Oh! quid feci? [*Jer.* viii. 6.] et, ut dignus eram,

Ἤτασάς με ὧν ἥμαρτον.
Καὶ τί ἂν εἴπω νῦν; ἢ ἐν τίνι
ἀνοίξω τὸ στόμα μου;
Τί ἂν ἀποκρινοῦμαι, ὅτι αὐτὸς ἐποίησα;
Ἀπροφάσιστος, ἀναπολόγητος, αὐτοκατάκριτος
εἰμί.
Ἡ διαφθορά μου ἐμοί ἐστι παρ' ἐμοῦ.
Σοὶ, Κύριε, δικαιοσύνη,
Καὶ ἐμοὶ αἰσχύνη τοῦ προσώπου.
Καί συ δίκαιος εἶ
Ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐρχομένοις ἐπ' ἐμὲ,
Ὅτι ἀλήθειαν ἐποίησας,
Καὶ ἐγὼ ἥμαρτον.
Καὶ νῦν, τίς ὑπομονή μου;
Οὐχί συ, Κύριε;
Ναί· ἡ ὑπόστασίς μου παρὰ σοῦ ἐστίν.
Εἰ ἔστι μοι σωτηρίας ἐλπὶς,
Εἰ νικᾷ ἡ φιλανθρωπία σου
Τὰ πλήθη τῶν ἀνομιῶν μου,
Μνήσθητι, τίς μου ὑπόστασις,
Ὅτι ἔργον χειρῶν σου,
Εἰκὼν προσώπου,
Μισθὸς αἵματος,
Ὄνομα ἐξ ὀνόματος,
Πρόβατον νομῆς σου,
Υἱὸς διαθήκης.
Τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς.
Τὴν εἰκόνα σὴν καὶ ὁμοίωμα
Ἢ ἐπὶ ματαίῳ ἔκτισας;
Ἐπὶ ματαίῳ ἐὰν ἀπολῇς.

Non recepi. *Job.* xxxiii. 27.
Et quid nunc dicam, aut in quo
aperiam os meum?
Quid respondebo, quia ipse feci?
Inexcusatus, indefensus, proprio judicio condemnatus
sum. *Rom.* ii. 1. [*Tit.* iii. 11.]
Perditio mea mihi est ex me. *Os.* xiii. 9.
Tibi, Domine, justitia,
Mihi autem confusio faciei. *Dan.* ix. 7.
Et tu justus es
In omnibus quæ venerunt super me,
Quia veritatem fecisti,
Ego autem impie egi. *Neh.* ix. 33.
Et nunc quæ est exspectatio mea?
Nonne tu, Domine?
Etiam. Substantia mea apud te est. *Psal.* xxxix. 7.
Si mihi supersit salutis spes,
Si superet clementia tua
Multitudinem peccatorum meorum,
Memorare quæ mea substantia, *Psal.* lxxxix. 46.
Quod sim opus manuum tuarum, [*Ps.* cxxxviii. 8.]
Imago vultus, [*Gen.* i. 27.]
Pretium sanguinis, [1 *Cor.* vi. 20.]
Nomen de nomine,
Ovis pascuæ tuæ, [*Psal.* c. 3.]
Filius fœderis.
Figmenta manuum tuarum ne despice. *Psal.* cxxxviii. 8.
Imaginem tuam et similitudinem *Gen.* i. 26.
Nunquid vane constituisti? *Psal.* lxxxix. 47.
Vane; siquidem perdideris.

Καὶ τίς ἂν ὠφέλεια ἐν τῇ ἀπωλείᾳ μου;
'Επιχαροῦσιν οἱ ἐχθροί σου.
ὢ μήποτ' ἐπιχαρῶσι, Κύριε.
Μὴ χάρισαι τοῖς ἐχθροῖς σου
τὴν ἀπώλειάν μου.
'Επίβλεψον ἐπὶ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου,
Καὶ ἐν αἵματι διαθήκης σου,
'Εν ἱλασμῷ περὶ ἁμαρτιῶν ὅλου τοῦ κόσμου,
Κύριε, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ,
'Ιλάσθητι δή μοι, Κύριε, τῶν ἁμαρτωλῶν
Πρώτῳ, πρωτίστῳ καὶ μεγίστῳ.
Ενεκεν τοῦ ὀνόματός σου καὶ ἱλάσθητι
Τῇ ἁμαρτίᾳ μου, πολλὴ γάρ ἐστι·
Πλείστη γάρ ἐστιν ὅση.
"Ενεκεν τοῦ ὀνόματός σου ἐκείνου,
Παρ' ὃ οὐκ ἔστιν ἕτερόν τι ὑπ' οὐρανὸν
Δεδομένον ἐν ἀνθρώποις,
'Εν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς,
Συναντιλαμβανομένου αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος
Ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν,
Καὶ ὑπερεντυγχάνοντος ὑπὲρ ἡμῶν
στεναγμοῖς ἀνεκλαλήτοις.
Διὰ Πατέρος σπλάγχνα πατρικὰ,
Υἱοῦ τραύματα αἱματόεντα,
Πνεύματος στεναγμοὺς ἀνεκλαλήτους,
Εἰσάκουσον, Κύριε, ἱλάσθητι, Κύριε,
Κύριε, πρόσχες, ποίησον, καὶ μὴ χρονίσῃς
"Ενεκέν σου,
Κύριε, Κύριε, ὁ Θεός μου.
'Εγὼ δὲ οὐκ ἐπιλανθάνομαι τῶν ἡμαρτημένων μοι·

Et quæ utilitas in perditione mea? *Psal.* xxx. 9.
Exsultabunt hostes tui. *Psal.* xxxv. 19.
O nunquam exultent, Domine!
Ne des ruinam meam
In exsultationem hostibus tuis. *Psal.* xxxviii. 16.
Respice in faciem Christi tui. *Psal.* lxxxiv. 9.
Et in sanguine Testamenti tui, *Zech.* ix. 11.
In propitiatione totius mundi, 1 *Joh.* ii. 2.
Domine propitiare mihi peccatori, *Luc.* xviii. 13.
Propitiare mihi, Domine, peccatorum
Primo, principi et maximo. [1 *Tim.* i. 15.]
Propter nomen tuum etiam propitiare
Peccato meo: multum est enim: *Psal.* xxv. 11.
Est plane plurimum.
Propter nomen tuum illud,
Extra quod non aliud nomen est
Sub cœlo datum hominibus,
In quo oporteat nos salvos fieri. *Act.* iv. 12.
Adjuvante ipso Spiritu
Infirmitatem nostram,
Et postulante pro nobis
Gemitibus inenarrabilibus, *Rom.* viii. 26.
Propter Patris paterna viscera,
Filii cruenta vulnera,
Spiritus gemitus inenarrabiles,
Exaudi Domine, propitius esto Domine,
Intende Domine, fac, et ne moreris
Propter Teipsum *Dan.* ix. 19.
Domine, Domine, Deus mi.
Ego autem non obliviscor peccatorum meorum:

Ἐνώπιόν μου εἰσὶ διαπαντός·
Ἀναλογίζομαι αὐτὰ ἐν πικρίᾳ τῆς ψυχῆς μου,
Μεριμνῶ ὑπὲρ αὐτῶν,
Ἀποστραφεὶς στενάζω,
Ἀγανακτῶ,
Ἐκδικῶ,
Προσοχθίζω ἐπ' ἐμαυτὸν,
Φαυλίζω καὶ ὑπωπιάζω ἐμαυτὸν αὐτός.
Ὅτι οὐ μᾶλλον, ὅτι οὐ πλέον,
Μετανοῶ, Κύριε, ὦ Κύριε, μετανοῶ,
Βοήθει συ τῷ μου ἀμετανοήτῳ,
Καὶ μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον,
Κατάνυξον, διάρρηξον, σύντριψον
τὴν καρδίαν μου.
Καὶ ἄνες, ἄφες, συγχώρησον πάντα
Τὰ εἰς λυγμόν μοι καὶ σκάνδαλον τῆς καρδίας.
Ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με,
Ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου.
Θαυμάστωσον τὰ ἐλέη σου
Ἐπὶ τὸν ἁμαρτωλὸν τὸν πάνυ·
Καὶ ἐν καιρῷ εἰπέ μοι, Κύριε,
Θάρσει, { Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.
Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. }
Εἰπὲ τῇ ψυχῇ μου, Σωτηρία σου ἐγώ.
Ἵνα τί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου,
Καὶ ἵνα τί συνταράσσεις με;
Ἐπίστρεψον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου,
Ὅτι ὁ Κύριος εὐεργετήσει σε.

Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με,

Coram me sunt semper. *Psal.* li. 3.
Recogito ea in amaritudine animæ meæ. *Job.* vii. 11.
Discruciabor pro iis, *Psal.* xxxviii. 18.
Reversus ingemisco, *Es.* xxx. 15.
Indignor, [2 *Cor.* vii. 11.]
Ulciscor, [*Ibid.*]
Ipse me reprehendo,
Vilipendo et castigo meipsum. [1 *Cor.* ix. 27.]
Quod non magis, quod non amplius,
Domine, Pœnitet, Pœnitet, Domine,
Adjuva impœnitentiam meam,
Et magis adhuc magisque,
Compunge, scinde, contere
Cor meum.
Et dimitte, indulge, condona
Quæ mihi in singultum vel scrupulum cordis. 1 *Sam.* xxv. 31.
Ab occultis meis munda me,
Et ab alienis parce servo tuo. *Psal.* xix. 12, 13.
Mirifica misericordiam tuam [*Psal.* xvii. 7.]
Erga peccatorem admodum,
Et in tempore dic mihi, Domine,
Confide, { Remittuntur tibi peccata tua. *Mat.* ix. 2.
Sufficit tibi gratia mea, 2 *Cor.* xii. 9.
Dic animæ meæ, Salus tua ego sum. *Psal.* xxxv. 3.
Quare tristis es anima mea?
Et quare conturbas me? *Psal.* xlii. 11.
Convertere, anima mea, in requiem tuam;
Quia Dominus benefaciet tibi. *Psal.* cxvi. 7.

Domine, ne in furore tuo arguas me,

Μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.
Εἶπα, Ἐξαγορεύσω κατ᾽ ἐμοῦ τὴν
ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ,
Καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου.
Κύριε, ἐναντίον σου πᾶσα ἡ ἐπιθυμία μου,
Καὶ ὁ στεναγμός μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβη·
Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός
σου,
Καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου
Ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου.
Σὺ ἀναστὰς οἰκτειρήσεις με, ὦ Κύριε,
Ὅτι καιρὸς τοῦ οἰκτειρῆσαί με,
Ὅτι ἥκει καιρός.
Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε,
Κύριε, τίς ὑποστήσεται;
Μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου,
Ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζαν.

ΑΙΡΩ τὰς χεῖρές μου
Πρὸς τὰς ἐντολάς σου, ἃς ἠγάπησα.
Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω,
Κλῖνον τὴν καρδίαν μου, καὶ ἐπιποθήσω,
Κατάρτισον τὰ διαβήματά μου, καὶ περιπατήσω
Ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου.
Κύριε ὁ Θεὸς, ἴσθι σύ μοι Θεὸς,
Παρεκτὸς δέ σου μὴ ἔστω μοι ἄλλος,
Μηδεὶς ἄλλος, μηδὲν ἄλλο σὺν σοίγε.
Χάρισαί μοι προσκυνεῖν σε καὶ λατρεύειν σοι
Ἐν ἀληθείᾳ πνεύματος,

Neque in ira tua corripias me. *Psal.* vi. 1.
Dixi, Confitebor adversum me
Injustitiam meam Domino, et
Tu remisisti impietatem cordis mei. *Psal.* xxxii. 6.
Domine, ante te omne desiderium meum,
Et gemitus meus a te non est absconditus. *Ps.* xxxviii. 9.
Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam,
Et secundum multitudinem miserationum tuarum
Dele iniquitatem meam. *Psal.* li. 1.
Tu exsurgens misereberis mei, Domine,
Quia tempus mei miserendi,
Quia venit tempus. *Psal.* cii. 13.
Si iniquitates observaveris, Domine,
Domine, quis sustinebit? *Psal.* cxxx. 30.
Non intres in judicium cum servo tuo,
Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. *Psal.* cxliii. 2.

Attollo manus meas
Ad mandata tua, quæ dilexi. *Psal.* cxix. 48.
Revela oculos meos, et intelligam. *Vers.* 18.
Inclina cor meum, et diligam. *Vers.* 36.
Dirige gressus meos, et incedam
In via mandatorum tuorum. *Vers.* 133.
Domine Deus, esto tu mihi Deus,
Extra te autem ne sit mihi alius; [*Is.* xxvi. 13.]
Nemo alius, nihil aliud tecum. [*Psal.* lxxiii. 25.]
Da mihi adorare te, et servire tibi,
In veritatis spiritu, *Jo.* iv. 24.

Ἐν εὐπρεπείᾳ σώματος,
Ἐν εὐλογίᾳ στόματος,
Ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ·
Καὶ ἀποδοῦναι τιμὴν τοῖς ἡγουμένοις, { πείθεσθαι / ὑπείκειν } αὐτοῖς,
Στοργὴν τοῖς ἰδίοις, { ἐπιμελεῖν / προνοεῖν } αὐτοῖς·
Νικᾶν ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν,
Κτᾶσθαι τὸ σκεῦός μου ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ·
Ἀφιλάργυρον εἶναι τὸν τρόπον, ἀρκούμενον τοῖς παροῦσι.
Ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ·
Ἐπιποθεῖν τοῦ μὴ ἐπιθυμεῖν,
τοῦ μὴ ἐπιθυμεῖν ἐν πάθει,
τοῦ μὴ πορεύεσθαι ὀπίσω τῶν ἐπιθυμιῶν·

סיג התורה

ΤΗΝ κεφαλὴν τοῦ ὄφεως συντρίψαι,
Μεμνῆσθαι τῶν ἐσχάτων,
Ἐκκόψαι τὰς ἀφορμὰς,
Νήφειν,
Ἀργὸν μὴ καθίζεσθαι,
Παραιτεῖσθαι τοὺς πονηροὺς,
Κολλᾶσθαι τοῖς ἀγαθοῖς.
Διαθήκην περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς θέσθαι,
Δουλαγωγεῖν τὸ σῶμα,
Σχολάζειν τῇ προσευχῇ,
Χωρῆσαι εἰς μετάνοιαν.
Ἐν ἀκάνθαις φράξον μοι τὴν ὁδὸν,

In habitu gestuque corporis decenti, 1 *Cor.* xiv. 40.
In benedictione oris, *Vers.* 26.

Non privatim modo, sed et publice.

Et reddere honorem præpositis, { Ut ab iis persuadear, Iis obediam. *Heb.* xiii. 7.

Naturalem affectionem meis, { Curam eorum habendo. Iis prospiciendo. 1 *Tim.* v. 8.

Vincere in bono malum, *Rom.* xii. 21.

Vas meum possidere in sanctimonia et honore. 1 *Thess.* iv. 4.

Mores sine avaritia habere, contento præsentibus. *Heb.* xiii. 5.

Veritatem loqui in charitate. *Eph.* iv. 15.

Cupere, non concupiscere, 1 *Thess.* iv. 5.

Saltem ne in passione concupiscere. 1 *Pet.* iv. 3.

Saltem non ire post concupiscentias. *Jud. vers.* 16.

SEPES LEGIS.

Conterere caput Serpentis, *Gen.* iii. 15.

Memorare novissima, *Deut.* xxxii. 29.

Amputare occasiones, 2 *Cor.* xi. 12.

Sobrium esse, 1 *Pet.* v. 8.

Otiosum non sedere, *Mat.* xx. 6.

Cum malis non consuescere, *Psal.* xxvi. 4, 5. *Tit.* iii. 10.

Adhærere bonis, *Rom.* xii. 9.

Pangere fœdus cum oculis, *Job.* xxxi. 1.

Corpus in servitutem redigere, 1 *Cor.* ix. 27.

Vacare orationi, 1 *Cor.* vii. 5.

Ad Pœnitentiam secedere, 2 *Pet.* iii. 9.

Sepi semitam meam spinis, *Hos.* ii. 6.

Τοῦ μὴ εὑρεῖν με τὴν τρίβον
τοῦ διώκειν τὰ μάταια.
Εν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας ἄγξον μου
τοῦ μὴ ἐγγίζοντος πρὸς σέ.
Ὦ Κύριε, ἀνάγκασον εἰσελθεῖν εἴς σε.

ΠΙΣΤΕΥΩ, ΚΥΡΙΕ,

Εἰς σὲ { Πατέρα, Λόγον, Πνεῦμα, } ἕνα Θεόν.

ά. Ὑπὸ τῆς στοργῆς καὶ δυνάμεως σῆς
ἐκτίσθαι τὸ πᾶν.

β'. Ὑπὸ τῆς χρηστότητος καὶ φιλανθρωπίας σου
ἀνακεφαλαιῶσθαι τὸ πᾶν
ἐν τῷ Λόγῳ σου·
Ὃς, δι' ἡμᾶς ἀνθρώπους, διά τε τὴν σωτηρίαν ἡμῶν,
σὰρξ ἐγένετο,

συνελήφθη, ἐτέχθη,
ἔπαθε, ἐσταυρώθη,
ἔθανε, ἐτάφη,
κατέβη, ἀνέστη,
ἀνέβη, ἐκάθισε,
παλινοστήσει, μισθαποδώσει.

γ'. Ὑπὸ τῆς ἐπιφαύσεως καὶ ἐνεργείας
τοῦ Πνεύματός σου τοῦ ἁγίου,
ἐκκεκλῆσθαι ἐκ τοῦ καθ' ὅλου
λαὸν περιούσιον εἰς πολίτευμα,

ne inveniam viam
ad vanitatem sectandam.
In camo et fræno constringe maxillas meas,
quando non approximo ad te. *Psal.* xxxii. 9.
O Domine compelle me intrare ad te. *Luc.* xiv. 23.

CREDO, DOMINE,

In te { Patrem / Verbum / Spiritum } unum Deum.

1. A tua paterna affectione ac potentia
creata omnia.

2. A tua benignitate ac humani generis amore
instaurata omnia, [*Eph.* i. 10.]
in Verbo tuo:
Quod propter nos homines salutemque nostram
Caro factum est,

Conceptum,	Natum,
Passum,	Crucifixum,
Mortuum,	Sepultum,
Descendit,	Resurrexit,
Ascendit,	Consedit ad dextram,
Redibit,	Reddet cuique.

3. Ab illuminatione et operatione
Spiritus tui Sancti,
vocari ex universo
populum acquisitionis in societatem, [*Tit.* ii. 14. *Phil.* iii. 20.]

κατὰ { πίστιν ἀληθείας, καὶ ἁγιωσύνην ἀναστροφῆς,

ἐν ᾧ μετέχειν ἡμᾶς

Τῆς κοινωνίας τῶν ἁγίων καὶ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν

ἐν τῷ παρόντι,

ἐν ᾧ προσδοκᾶν ἡμᾶς

Σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ ζωὴν αἰώνιον

ἐν τῷ μέλλοντι.

Ταύτην τὴν ἁγιωτάτην Πίστιν,

τὴν ἅπαξ παραδοθεῖσαν τοῖς ἁγίοις,

πιστεύω, Κύριε,

Βοήθει συ τῇ μου ἀπιστίᾳ,

Πρόσθες συ τῇ μου ὀλιγοπιστίᾳ·

Κἀμοὶ χάρισαι

τὸν Πατέρα ἀγαπᾶν τῆς στοργῆς,

τὸν Παντοκράτορα εὐλαβεῖσθαι τῆς δυνάμεως,

Αὐτῷ ὡς κτιστῇ πιστῷ παρατίθεσθαι τὴν ψυχὴν

ἐν εὐποιΐᾳ.

ἐκ {	τοῦ Ιησοῦ,	Σωτηρίας	} μετέχειν.
	τοῦ Χριστοῦ	Χρίσματος	
	μονογενοῦς Υἱοῦ,	Υἱοθεσίας	

Τὸν Κύριον θεραπεύειν,

Ἀντὶ τῆς συλλήψεως	ἐν πίστει,
γεννήσεως,	ταπεινοφροσύνῃ,
τῶν παθημάτων	ὑπομονῇ τε καὶ ἀντιπαθείᾳ τοῖς περὶ ὁμαρτίαν,
τοῦ σταυροῦ	σταυρῶσαι τὰς ἀφορμὰς,

ad { fidem veritatis, 2 *Thess.* ii. 13.
et
sanctimoniam conversationis, 1 *Pet.* iii. 2. }

In qua participes redde nos
Communionis Sanctorum, et remissionis peccatorum
in præsenti tempore,
In qua certo exspectare nos
Carnis resurrectionem, et vitam æternam
in futuro.

Hanc Sanctissimam fidem
semel traditam Sanctis *Jud. vers.* 3.
Credo, Domine:
Adjuva incredulitatem meam, *Mar.* ix. 24.
Adauge, quod mihi est pusillum fidei. [*Luc.* xvii. 5.]
Et mihi concede benignus,

ut in { Patre pietatem diligam;
Omnipotente potentiam reverear. }

Ipsi, ceu Creatori fideli, commendem animam meam in benefaciendo; 1 *Pet.* iv. 19.

ex { Jesu,	Salutis	}	fiam particeps.
Christo,	Unctionis		
Unigenito Filio,	Adoptionis	}	

Dominum colam,

Propter	Conceptionem	Fide,
	Nativitatem	Humilitate,
	Passiones	Patientia et Antipathia peccatorum,
	Crucem	Crucifigere primos motus, [*Gal.* v. 24.]

τοῦ θανάτου	νεκρῶσαι τὴν σάρκα,
τῆς ταφῆς	θάπτειν δι' ἔργων ἀγαθῶν τὰ πονηρὰ διαβούλια,
τῆς καταβάσεως	μελετᾶν τὰ εἰς ᾅδου,
τῆς ἀναστάσεως	καινότητα τῆς ζωῆς,
ἀναβάσεως	τὰ ἄνω φρονεῖν,
καθέδρας	τὰ κρείττω ἐκ δεξιῶν,
παλινοστήσεως	τὸν φόβον τῆς παρουσίας δευτέρας,
κρίσεως	τῷ κρίνειν ἐμαυτὸν πρὸ τοῦ κρίνεσθαί με.

Ἀπὸ τοῦ Πνεύματος,

τὴν πνοὴν λαβεῖν τῆς χάριτος σωτηρίου,

ἐν { ἐκκλησίᾳ / ἁγίᾳ / καθολικῇ } — { κλήσεως / ἁγιασμοῦ / μερισμοῦ } μετέχειν,

καὶ κοινωνίας

τῶν { ἁγιασμάτων, προσευχῶν, / νηστειῶν, στεναγμῶν, / ἀγρυπνιῶν, δακρύων, }

Κακοπαθημάτων·

εἰς πεποίθησιν ἀφέσεως ἁμαρτιῶν,

εἰς ἐλπίδα { ἀναστάσεως / μεταστάσεως } εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Ὦ ἡ ἐλπὶς πάντων περάτων τῆς γῆς,
καὶ τῶν ἐν θαλάττῃ μακράν·

Mortem	Mortificare carnem, [*Col.* iii. 5.]
Sepulturam	Sepelire per opera bona malas cogitationes,
Descensum	Crebra meditatione in infernum descendere,
Resurrectionem	Ad vitæ novitatem resurgere, [*Rom.* vi. 4.]
Ascensionem	Sapere ea quæ sursum sunt, [*Col.* iii. 2.]
Sessionem	Locando a dextris quæ meliora sunt,
Reditum	Timorem adventus secundi,
Judicium	Me ipsum judicare antequam judicer. [1 *Cor.* xi. 31.]

A Spiritu recipiam

Spirationem gratiæ salutaris,

ut in {	Ecclesia	Vocationis	} participes fiam.
	Sancta	Sanctificationis	
	Catholica	Distributionis	

et Communionis

Sacramentorum,	Orationum,
Jejuniorum,	Suspiriorum,
Vigiliarum,	Lacrymarum,

Afflictionum !

Ad fiduciam Remissionis peccatorum,

spem {	Resurrectionis	} ad vitam æternam.
	Translationis	

O spes omnium finium terræ,

et eorum qui sunt in mari longe, *Psal.* lxv. 5.

ὦ ἐφ' ᾧ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν,
καὶ ἐρρύσω αὐτούς·
ὃν ὑπέμειναν,
καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν.
ὦ ἡ ἐλπίς μου ἐκ νεότητος,
ἀπὸ μαστῶν τῆς μητέρος,
εἰς ὃν ἀπερρίφθην ἐκ μήτρας,
ἴσθι συ ἐλπίς μου
ἔτι καὶ ἔτι,
καὶ μερίς μου ἐν γῇ ζώντων.
Ἐν φύσει σου,
ἐν { ὀνόμασι, τύποις, λόγῳ, πράξει,
ἡ ἐλπίς μου.
μὴ καταισχύνῃς με
ἀπὸ τῆς προσδοκίας
μου ταύτης.

Ὦ ἡ ἐλπὶς πάντων περάτων τῆς γῆς,
Μνήσθητι τῆς κτίσεώς σου ἁπάσης εἰς ἀγαθόν·
Ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον ἐν οἰκτιρμοῖς σου.

Ὦ φύλαξ ἀνθρώπων,
ὦ Δέσποτα φιλάνθρωπε·
Μνήσθητι παντὸς τοῦ γένους ἡμῶν·
καὶ ὃς συνέκλεισας πάντας εἰς ἀπείθειαν,
πάντας ἐλέησον, ὦ Κύριε.

Ὦ εἰς τοῦτο ἀποθανὼν καὶ ἀναζήσας,

O in quem speraverunt Patres nostri,
et liberasti eos,
in quem speraverunt,
et non sunt confusi, *Psal.* xxii. 4, 5.
O spes mea a juventute, *Psal.* lxxi. 4.
ab uberibus matris meæ,
In quem projectus sum ex utero, *Psal.* xxii. 9, 10.
Esto tu spes mea
dehinc et semper,
Et sors mea in terra viventium. *Psal.* cxlii. 5.
Natura tua,
In { Nominibus,
Typis,
Verbo,
Opere, }
Spes mea.
Non confundas me
ab hac mea
exspectatione. *Psal.* cxix. 116.

O spes omnium finium terræ, *Psal.* lxv. 5.
Memento omnis Creaturæ tuæ in bonum;
Visita Mundum in misericordia tua.

O Custos hominum, [*Job.* vii. 20.]
O Domine amator hominum,
Memento generis nostri universi;
Et qui conclusisti omnes in incredulitate,
Omnium miserere, o Domine. *Rom.* xi. 32.

O qui in hoc mortuus es et resurrexisti,

ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃς,
ἐάν τε ζῶμεν, ἐάν τε καὶ ἀποθνήσκωμεν,
Κύριος ἡμῶν σύ.
Ζῶντας καὶ θανόντας ἐλέησον, ὦ Κύριε.

Ὦ βοηθὲ τῶν ἀβοηθήτων,
ἀντιλήπτορ ἐν εὐκαιρίᾳ, ἐν θλίψει,
Μνήσθητι πάντων ἐν ἀνάγκῃ ὄντων,
καὶ τῆς σῆς βοηθείας δεομένων.

Ὁ Θεὸς χάριτος καὶ ἀληθείας,
Στήριξον πάντας ἐν ἀληθείᾳ
καὶ χάριτι ἱστάντας.
Κατάρτισον πάντας περὶ αἱρέσεις καὶ ἁμαρτίας νοσοῦντας.

Ὦ ὑπερασπιστὰ τῶν σωτηρίων
τοῦ Χριστοῦ σου,
Μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου,
ἧς ἐκτήσω καὶ ἐλυτρώσω
ἀπ' ἀρχῆς.
Ὦ γενέσθω τῶν πιστευόντων
ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία.

Ὁ περιπατῶν ἐν μέσῳ
λυχνιῶν χρυσῶν,
Μὴ κινήσῃς τὴν λυχνίαν ἡμετέραν
ἐκ τόπου αὐτῆς.
Επιδιόρθωσον τὰ λείποντα,
Ἐπιστήριξον τὰ λοιπὰ,
ἃ ἔμελλες ἀποβαλεῖν,
ἃ μέλλει ἀποθανεῖν.

ut et mortuorum et vivorum domineris. *Rom.* xiv. 9.
Sive vivimus, seu morimur, [*Vers.* 8.]
Tu noster Dominus,
Viventium et mortuorum miserere, O Domine.

O Auxiliator eorum qui sine auxilio sunt,
Adjutor in tempore opportuno, in afflictione, *Psal.* ix. 9.
Recordare omnium in extrema necessitate,
tuoque auxilio indigentium.

O Deus gratiæ et Veritatis, *Jo.* i. 14.
Stabili omnes in veritate et gratia stantes; 1 *Thess.* iii. 2.
2 *Pet.* i. 12.
Restitue omnes hæresi vel peccato ægrotantes. *Galat.* vi 1.

O Protector Salvationum
Christi tui, *Psal.* xxviii. 9.
Memor esto Congregationis tuæ,
Quam acquisivisti et redemisti
ab initio. [*Psal.* lxxiv. 2.]
O fiat credentium cor unum,
et anima una. *Act.* iv. 32.

O qui ambulas in medio
candelabrorum aureorum, *Rev.* ii. 1.
Ne amoveas Candelabrum hoc nostrum
e loco ipsius. [*Ibid.* 5.]
Corrige quæ desunt, *Tit.* i. 5.
Confirma cætera,
quæ abjecturus eras,
quæ moritura erant. *Rev.* iii. 2.

Ὦ Κύριε θερισμοῦ
Ἔκβαλλε τοὺς ἐργάτας
ἱκανωθέντας παρὰ σοῦ
εἰς τὸν θερισμόν σου·
Ὁ κλῆρος τῶν προσεδρευόντων τῷ ναῷ σου,
Χάρισαι τῷ Κλήρῳ ἡμῶν
ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον ἀληθείας, καὶ
ὀρθοποδεῖν ἐν αὐτῷ.
Χάρισαι τῷ φιλοχρίστῳ λαῷ
πείθεσθαι καὶ ὑπείκειν αὐτοῖς.

Ὦ βασιλεῦ τῶν ἐθνῶν,
εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς,
Κράτυνον πάντα τὰ πολιτεύματα
ὅλης τῆς οἰκουμένης,
ὡς διαταγὴν σὴν,
εἰ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην κτίσιν.
Διασκόρπισον τὰ ἔθνη
Τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα·
Ἀντάνελε τοὺς πολέμους μέχρι τῶν
περάτων τῆς γῆς.

Ἡ ὑπομονὴ τῶν νήσων, Κύριε, καὶ
ἐλπὶς αὐτῶν,
Ῥῦσαι τὴν νῆσον ταύτην,
καὶ πᾶσαν τὴν χώραν ἐν ᾗ παροικοῦμεν,
ἀπὸ πάσης θλίψεως, κινδύνου,
καὶ ἀνάγκης.

Κύριε κυρίων, ἄρχον ἀρχόντων,

O Domine messis,
Mitte operarios
idoneos a Te factos
in messem Tuam. *Mat.* ix. 38.
Tu qui sors es eorum, qui assident in Templo tuo, [1 *Cor.* ix. 13.]
Concede Clero nostro,
Ut recte dividant verbum veritatis, et [2 *Tim.* ii. 15.]
Ut recto pede incedant in ea. *Galat.* ii. 14.
Concede Populo Christi dilecto
Obtemperare his et se subjicere. *Heb.* xiii. 17.

O Rex Nationum,
usque ad terminos terræ,
Robora omnia totius Terræ Regna
et Politias,
utpote ordinationem tuam, *Rom.* xiii. 2.
etsi humanam creaturam. 1 *Pet.* ii. 13.
Dissipa gentes quæ
καὶ συνευχομένων ἡμῖν ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ ὥρᾳ,
τῆς σπουδῆς καὶ τῆς προθυμίας αὐτῶν.

Memento piorum et fidelium Regum,
quos dignos habuisti qui regnarent super terram.
Et in primis memento, Domine,
divinitus custoditi Regis nostri :
corrobora imperium ejus,
Subde sub illo omnes adversarios :
loquere ipsius cordi bona
Pro Ecclesia et omni populo tuo.
Concede illi profundam et illibatam pacem,
ut in ipsius tranquillitate
Tranquillam et quietam vitam degamus
cum omni pietate et castimonia. [1 *Tim.* ii. 2.]

Memento, Domine, omnis Principatus et
potestatis,
et Fratrum in Palatio,
Quique in concilio et foro eminent,
omniumque, qua terra, qua mari,
pro nobis tua bella gerentium.

Etiam meminisse, Domine, digneris
Sanctorum Patrum nostrorum,
Venerabilis Presbyterii, et universi Cleri,
Recte secantis verbum veritatis, [2 *Tim.* ii. 15.]
et recto pede incedentis in eodem. [*Gal.* ii. 14.]

Memento, Domine, fratrum nos circumstantium,
Et comprecantium nobiscum in ista hora sancta,
ob studium et alacritatem ipsorum.

Μνήσθητι καὶ τῶν δι' εὐλόγους αἰτίας ἀπολειφθέντων,
καὶ ἐλέησον αὐτοὺς καὶ ἡμᾶς
κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου.

Τὰ ταμιεῖα ἡμῶν ἔμπλησον παντὸς ἀγαθοῦ,
τὰς συζυγίας ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ διατήρησον·
τὰ νήπια ἔκθρεψον,
τὴν νεότητα παιδαγώγησον,
τὸ γῆρας περικράτησον,
τοὺς ὀλιγοψύχους παραμύθησαι,
τοὺς ἐσκορπισμένους ἐπισυνάγαγε,
τοὺς πεπλανημένους ἐπανάγαγε, καὶ
σύναψον τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ
σου Ἐκκλησίᾳ·
τοὺς ὀχλουμένους ὑπὸ τῶν πνευμάτων
ἀκαθάρτων ἐλευθέρωσον·
τοῖς πλέουσι σύμπλευσον,
τοῖς ὁδοιποροῦσι συνόδευσον,
χηρῶν πρόστηθι,
ὀρφανῶν ὑπεράσπισον,
αἰχμαλώτους ῥῦσαι,
νοσοῦντας ἴασαι·

Τῶν ἐν βήμασι, καὶ μετάλλοις, καὶ ἐξορίαις,
καὶ τριήρεσι, καὶ πάσῃ θλίψει, καὶ ἀνάγκῃ,
καὶ περιστάσει ὄντων, μνημόνευσον ὁ Θεὸς,
καὶ πάντων δεομένων
τῆς μεγάλης σου εὐσπλαγχνίας·
Καὶ τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς,
καὶ τῶν μισούντων,

Memento et eorum, qui justis de causis absunt,
et miserere illis sicut et nobis,
secundum multitudinem misericordiæ tuæ.

Promptuaria nostra reple omni bono, [*Psal.* cxliv. 13.]
Conjugia nostra in pace et concordia conserva,
Enutri infantes,
Juventutem erudi,
Senectutem sustenta,
Pusillanimes consolare, [1 *Thess.* v. 14.]
Dispersos congrega,
Errantes reduc, et
Sanctæ tuæ, et Catholicæ, et Apostolicæ
Ecclesiæ annecte:
Vexatos a spiritibus
Immundis libera;
Navigantibus, navigationis } comes accede,
Viatoribus, itineris }
Viduis patrocinare,
Pupillos protege,
Captivos libera,
Ægrotantibus medere.

Qui ad tribunalia, et in metallis, et exsiliis
et triremibus, et omni angustia, et necessitate,
et adversitate sunt, eorum memento, Deus,
et omnium qui indigent
magna tua misericordia;
Et diligentium nos,
et odio habentium,

καὶ τῶν ἐντειλαμένων ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις,
ὥστε μνημονεύειν αὐτῶν ἐν ταῖς
προσευχαῖς ἡμῶν.

Καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου μνήσθητι, Κύριε, ὁ Θεὸς ἡμῶν,
καὶ ἐπὶ πάντας ἔκχεον τὸ πλούσιόν σου ἔλεος,
πᾶσι παρέχων τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα.

Καὶ ὧν ἡμεῖς οὐκ ἐμνημονεύσαμεν,
δι' ἄγνοιαν, ἢ λήθην, ἢ πλῆθος ὀνομάτων,
αὐτὸς μνημόνευσον ὁ Θεὸς, ὁ εἰδὼς
ἑκάστου τὴν ἡλικίαν, καὶ τὴν προσηγορίαν,
ὁ εἰδὼς ἕκαστον ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ.

Σὺ γὰρ εἶ, Κύριε, ἡ βοήθεια τῶν ἀβοηθήτων,
καὶ ἡ ἐλπὶς τῶν ἀπελπισμένων,
ὁ τῶν χειμαζομένων σωτὴρ,
ὁ τῶν πλεόντων λιμὴν,
ὁ τῶν νοσούντων ἰατρὸς,
αὐτὸς τοῖς πᾶσι τὰ πάντα γενοῦ.

Ὁ εἰδὼς ἕκαστον καὶ τὸ αἴτημα αὐτοῦ,
οἶκον καὶ τὴν χρείαν αὐτοῦ,
Ῥῦσαι, Κύριε, τὴν πόλιν ταύτην, καὶ
πᾶσαν τὴν χώραν ἐν ᾗ παροικοῦμεν,
ἀπὸ λοιμοῦ, λιμοῦ, σεισμοῦ, καταποντισμοῦ,
πυρὸς, μαχαίρας, ἐπιδρομῆς ἀλλοφύλων,
καὶ ἐμφυλίου στασιασμοῦ.

Παῦσον τὰ σχίσματα τῶν Ἐκκλησιῶν,
σβέσον τὰ φρυάγματα τῶν ἐθνῶν,
Καὶ πάντας ἡμᾶς πρόσδεξαι εἰς τὴν βασιλείαν σου,

et mandantium nobis indignis,
ut memoriam illorum in orationibus
nostris haberemus.

Et omnis populi tui memento, Domine, Deus noster,
et super omnes effunde divitem tuam misericordiam,
omnibus præbens ad salutem requisita.

Et quorum nos non meminimus,
per ignorantiam, aut oblivionem, aut nominum multitudinem,
Ipse memento Deus, qui nosti
Uniuscujusque ætatem et appellationem,
qui nosti unumquemque ex utero matris ejus.

Tu enim es, Domine, opitulator inopum,
et spes desperantium,
Fluctuantium servator,
Navigantium portus,
Ægrotantium medicus,
Ipse omnibus omnia fias.

Qui nosti { hominem et desiderium ejus,
domum et necessitatem ejus,
Libera, Domine, istam civitatem, et
omnem regionem in qua inhabitamus,
a peste, fame, terræ motu, diluvio,
igne, gladio, invasione hostili,
et civili bello.

Compesce schismata Ecclesiarum,
Exstingue fremitus Gentium,
Et nos omnes recipe in Regnum tuum,

Υἱοὺς φωτὸς ἀναδείξας·
Καὶ τὴν σὴν εἰρήνην καὶ ἀγάπην
Χάρισαι ἡμῖν, Κύριε, ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Μνήσθητι, Κύριε, ὁ Θεὸς,
πάντων πνευμάτων, καὶ πάσης σαρκὸς,
ὧν ἐμνήσθημεν, καὶ ὧν οὐκ ἐμνήσθημεν.

Ἡμῶν δὲ τὰ τέλη τῆς ζωῆς
Χριστιανὰ, εὐάρεστα (κἄν σοι δοκῇ)
ἀνώδυνα,
ἐν εἰρήνῃ κατεύθυνον, Κύριε, Κύριε,
Ἐπισυνάγων ἡμᾶς ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν ἐκλεκτῶν σου,
ὅτε θέλεις, καὶ ὡς θέλεις,
μόνον χωρὶς αἰσχύνης,
καὶ ἁμαρτημάτων.

Ἔστω ἡ λαμπρότης τοῦ Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν
ἐφ' ἡμᾶς,
Καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον
ἐφ' ἡμᾶς,
καὶ τὸ ἔργον τῶν χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον.

Ἴσθι Κύριε

Ἐντός		ἐνισχῦσαί	
ἐκτός		φυλάξαι	
ὑπέρ		σκεπάσαι	
ὑπό	μου, εἰς τὸ	ἀντερεῖσαί	με.
πρόσω		κατευθῦναί	
ὀπίσω		ἀναγαγεῖν,	
κύκλῳ περί		ὀχυρῶσαί,	

Filios lucis comprobans,
Tuamque Pacem et Charitatem
Concede nobis Domine, Deus noster.

Memento, Domine Deus,
omnium spirituum, et omnis carnis
quorum mentionem habuimus, et quorum non habuimus.

Nobis autem exitus Vitæ
Christianos, tibi acceptos et (si videbitur)
doloris expertes,
in pace dirige, Domine, Domine,
Colligens nos sub pedes electorum tuorum,
cum vis, et quomodo vis,
duntaxat sine pudore
et peccatis.

Sit splendor Domini nostri
super nos,
Et opera manuum nostrarum dirige
super nos,
Et opus manuum nostrarum dirige. *Psal.* xc. 17.

Esto, Domine,

Intra		confortes,
Extra		custodias,
Supra		protegas,
Infra	me, ut me	sustentes,
Ante		deducas,
Pone		revoces,
Circumcirca		undique communias.

ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ εἶ, Κύριε, ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ,
ὁ Πατὴρ ἡμῶν,
ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.
Σοὶ, Κύριε,
ἡ μεγαλωσύνη,
καὶ ἡ δύναμις,
καὶ τὸ καύχημα,
καὶ ἡ νίκη,
καὶ ἡ ἐξομολόγησις,
καὶ ἡ ἰσχὺς,
ὅτι σὺ πάντων ἐν τῷ οὐρανῷ,
καὶ ἐπὶ τῆς γῆς δεσπόζεις.
Ἀπὸ προσώπου σου ταράσσεται πᾶς βασιλεὺς,
καὶ πᾶν ἔθνος.
Σοὶ, Κύριε, ἡ βασιλεία,
καὶ ἡ ἔπαρσις εἰς πάντα,
καὶ εἰς πᾶσαν ἀρχήν.
Παρὰ σοῦ ὁ πλοῦτος, καὶ ἡ δόξα ἐκ προσώπου σου.
Σὺ πάντων ἄρχεις, Κύριε,
ὁ ἄρχων πάσης ἀρχῆς,
καὶ ἐν χειρί σου ἰσχὺς, καὶ δυναστεία,
καὶ ἐν χειρί σου μεγαλῦναι,
καὶ κατισχῦσαι τὰ πάντα.
Καὶ νῦν, Κύριε, ἐξομολογούμεθά σοι
καὶ αἰνοῦμεν τὸ ὄνομα τῆς καυχήσεώς σου.

Benedictus es, Domine, Deus Israel,
Pater noster,
ab æterno in æternum, 1 *Chron.* xxix. 10.
Tua est, Domine,
Magnificentia,
et Potentia,
et Gloria,
atque Victoria,
[et laus,
et potestas,]
Cuncta enim quæ in cœlo sunt,
et in terra tua sunt. [*Vers.* 11.]
A vultu tuo conturbatur omnis Rex,
Et gens omnis. [*Is.* lxiv. 2.]
Tuum, Domine, Regnum,
et tu es celsus super omnia,
et super omne dominium.
Abs te divitiæ, et a facie tua gloria:
Tu dominaris omnium,
Dominator omnis Dominationis,
in manu tua virtus et potentia,
Et in manu tua magnitudo,
et imperium omnium.
Nunc igitur, Deus noster, confitemur tibi,
et laudamus nomen tuum inclytum. [1 *Chron.* xxix. 12, 13.]

ΤΗΣ ΠΕΜΠΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ.

ΕΜΠΛΗΣΘΩΜΕΝ τὸ πρωῒ τοῦ ἐλέους σου,
Κύριε.

Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε,
ὁ ἐξαγαγὼν ἐξ ὕδατος
ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν,
καὶ κήτη,
καὶ πετεινὰ πτερωτὰ,
καὶ εὐλογήσας αὐτὰ,
ὥστε αὐξάνειν, καὶ πληθύνειν.

ΤΑ ΑΝΑΒΑΣΙΜΑ.

Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεὸς,
ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου.
Δι' ἀναβάσεως σῆς,
καὶ ἡμᾶς ἕλκυσον, Κύριε, πρὸς σὲ,
ὥστε τὰ ἄνω φρονεῖν,
καὶ μὴ τὰ ἐπὶ γῆς.
Διὰ τοῦ ἐξαισίου Μυστηρίου
τοῦ ἁγίου σώματος, καὶ τιμίου αἵματος,
ἐν ἑσπέρᾳ τῆσδε τῆς ἡμέρας,
Κύριε, ἐλέησον.

Ὁ εἴπας,
Ζῶ ἐγὼ, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος,

DIEI QUINTÆ.

REPLETI simus mane misericordia tua,
Domine. *Psal.* xc. 14.

Benedictus es, Domine,
Qui produxisti ex aquis
Reptilia animæ viventis, *Gen.* i. 20.
et cete,
et volucres pennatas, *Psal.* cxlviii. 10.
et benedixisti eis,
ut crescerent et multiplicarent. *Gen.* i. 22.

ASCENSORIA.

Exaltare super Cœlos, Deus; et
super omnem terram gloria tua. *Psal.* cviii. 5.
Per Ascensionem tuam,
et nos, Domine, ad te attrahe, [*Joan.* xii. 32.]
ut quæ sursum sunt sapiamus,
non quæ super terram. *Col.* iii. 2.
Per ingens Mysterium
sancti corporis et pretiosi sanguinis,
in hujus diei vespera institutum,
Domine, miserere.

Qui dixisti,
Vivo ego, dicit Dominus Deus,

οὐ βούλομαι τὸν θάνατον ἁμαρτωλοῦ,
ὡς τὸ ἀποστρέψαι τὸν ἀσεβῆ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτου,
καὶ ζῆν αὐτόν.
Ἀποστροφῇ ἀποστρέψατε ἀπὸ τῆς ὁδοῦ
ὑμῶν πονηρᾶς.
Καὶ ἵνα τί ἀποθνήσκετε οἶκος Ἰσραήλ;
Ἐπίστρεψον ἡμᾶς, Κύριε, πρὸς σὲ,
καὶ ἐπιστραφησόμεθα.
Ἀπόστρεψον ἡμᾶς ἀπὸ πασῶν τῶν ἀσεβειῶν ἡμῶν,
καὶ μὴ γένωνται ἡμῖν εἰς κόλασιν.
Ἥμαρτον, ἠδίκησα, ἠσέβησα,
ἀπὸ τῶν ἐντολῶν, καὶ τῶν κριμάτων σου.
Σοὶ, Κύριε, δικαιοσύνη,
καὶ ἐμοὶ ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου,
ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη,
ἐν ἀθεσίᾳ ἡμῶν, ᾗ ἠθέτησας ἡμᾶς.
Κύριε, ἡμῖν ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου,
καὶ τοῖς ἄρχουσιν ἡμῶν,
οἵτινες ἡμάρτομέν σοι·
Κύριε, ἐν πᾶσιν ἡ δικαιοσύνη σου,
εἰς πᾶσαν δικαιοσύνην σὴν,
ἀποστραφήτω δὴ ὁ θυμὸς καὶ ἡ ὀργή σου,
καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου
ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου.
Κλῖνον, ὁ Θεός μου, τὸ οὖς σου, καὶ ἄκουσον,
ἄνοιξον τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε
τὸν ἀφανισμόν μου.
Κύριε εἰσάκουσον, Κύριε ἱλάσθητι, Κύριε πρόσχες,
πρόσχες, Κύριε, καὶ ποίησον, ποίησον καὶ μὴ χρονίσῃς,
ἕνεκέν σου, Κύριε, Κύριε ὁ Θεός μου,

Nolo mortem peccatoris,
Quantum ut revertatur impius a via sua
et vivat.
Convertimini, convertimini a viis
vestris pessimis,
et quare moriemini, Domus Israel? [*Ezech.* xxxiii. 11.]
Converte nos, Domine, ad te,
et convertemur. *Lam.* v. 21.
Converte nos ab omnibus iniquitatibus nostris,
et ne sint nobis in ruinam. *Ezech.* xviii. 30.
Peccavi, iniquitatem feci, impie egi et recessi,
et declinavi a mandatis tuis ac judiciis. *Dan.* ix. 5
Tibi, Domine, justitia,
Mihi autem confusio faciei,
sicut est hodie,
in contemptione nostri, qua nos contempsisti. [*Vers.* 7.]
Domine, nobis confusio faciei,
et principibus nostris,
qui peccavimus tibi. [*Vers.* 8.]
Domine in omnibus justitia tua,
in omnem justitiam tuam,
Avertatur, obsecro, ira tua, et furor tuus, [*Vers.* 16.]
et ostende faciem tuam
super servum tuum. [*Vers.* 17.]
Inclina, Deus meus, aurem tuam, et audi,
aperi oculos tuos, et vide
desolationem meam. [*Vers.* 18.]
Exaudi, Domine, placare, Domine, attende, Domine,
attende, Domine, et fac, fac, et ne moreris,
propter temetipsum Domine, Domine Deus meus,

ὅτι τὸ ὄνομά σου ἐπικέκληται
ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου.
Πολλὰ *πταίομεν ἅπαντες·*
Κύριε, *κατακαυχάσθω τὸ ἔλεός σου τῆς κρίσεώς σου,*
ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἐμοῦ.
Ἐὰν *εἴπω, ἁμαρτίαν οὐκ ἔχω, πλανῶ ἐμαυτὸν,*
καὶ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί.
Ἀλλ' *ὁμολογῶ τὰς ἁμαρτίας μου πολλὰς καὶ δεινὰς,*
καὶ σὺ, Κύριε, *ὁμολογοῦντι πιστὸς εἶ καὶ δίκαιος,*
ἵνα ἀφῇς μοι τὰς ἁμαρτίας μου.
Ἀλλὰ *καὶ περὶ τούτου*
Παράκλητον *ἔχω παρὰ σοὶ πρὸς σὲ,*
τὸν υἱόν σου τὸν μονογενῆ, τὸν δίκαιον.
αὐτὸς ἱλασμὸς ἔστω περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἐμῶν,
ὅς ἐστι καὶ περὶ τοῦ ὅλου τοῦ κόσμου.
Μὴ *εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται* Κύριος,
καὶ οὐ προσθήσει τοῦ εὐδοκῆσαι ἔτι ;
Ἢ *εἰς τέλος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀποκόψει ;*
συνετέλεσε ῥῆμα ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν ;
Μὴ *ἐπιλήσεται τοῦ οἰκτειρῆσαι ὁ* Θεός;
ἢ συνέξει ἐν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ
τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ ;
Καὶ *εἶπα, νῦν ἠρξάμην.*
αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου.

Ὄγκον *πάντα,*
καὶ εὐπερίστατον ἁμαρτίαν,
Πᾶσαν *ῥυπαρίαν,*
καὶ περισσείαν κακίας,
Ἐπιθυμίαν { *σαρκὸς,* / *ὀφθαλμῶν,* }

quia nomen tuum invocatum est
super servum tuum. [*Vers.* 19.]
In multis offendimus omnes; *Jac.* iii. 2.
Domine, superexultet misericordia tua
judicium tuum in offensis nostris. [*Jac.* ii. 13.]
Si dixero, quia peccatum non habeo, ipse me seduco,
et veritas in me non est. 1 *Jo.* i. 8.
Sed confiteor peccata mea multa et gravia,
et tu fidelis es et justus, Domine,
ut confitenti mihi remittas peccata mea. [*Vers.* 9.]
Ad quod etiam
Advocatum ad te apud te habeo, 1 *Jo.* ii. 1.
Filium tuum unigenitum, Justum:
Sit Ipse propitiatio pro peccatis meis,
qui est pro totius etiam mundi. [*Vers.* 2.]
Nunquid in æternum projiciet Dominus,
aut non apponet, ut complacitior sit adhuc?
Aut in finem misericordiam suam abscindet?
Consummavit verbum a generatione in generationem?
Aut obliviscetur misereri Deus?
aut continebit in ira sua
misericordias suas? *Ps.* lxxvii. 7, [8, 9.]
Et dixi, Nunc cœpi.
Hæc mutatio dexteræ Excelsi. [*Vers.* 10.]

Omne pondus,
et circumstans me peccatum, } *Heb.* xii. 1.
Omnem immunditiam
et superfluitatem nequitiæ, } *Jac.* i. 21.
Concupiscentiam { carnis,
oculorum,

Ἀλαζονείαν τοῦ βίου,
Πᾶσαν κίνησιν σαρκός τε καὶ πνεύματος,
ἀπηλλοτριωμένην τοῦ θελήματος τῆς ἁγιωσύνης σου
ἀποθεμένῳ,
Πτωχὸν εἶναι τῷ πνεύματι,
ὥστε γίνεσθαί μοι μερίδα ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν·
Πενθεῖν, ὥστε παρακληθῆναι·
Πραῢν εἶναι, ὥστε κληρονομῆσαι τὴν γῆν·
Πεινᾶν καὶ διψᾶν τὴν δικαιοσύνην, ὥστε χορτασθῆναι·
Ἐλεήμονα εἶναι, ὥστε ἐλεηθῆναι·
Καθαρὸν εἶναι τῇ καρδίᾳ, ὥστε ἰδεῖν τὸν Θεόν·
Εἰρηνικὸν εἶναι, ὥστε κληθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ·
Ἡτοιμασμένον εἶναι εἰς διωγμοὺς
καὶ ὀνειδισμοὺς, τῆς δικαιοσύνης ἕνεκα,
ὥστε μισθὸν εἶναί μοι ἐν τοῖς οὐρανοῖς,
Δὸς ἐμοὶ, Κύριε.

ΠΡΟΣΕΡΧΟΜΕΝΟΣ τῷ Θεῷ,
πιστεύω ὅτι ἐστὶ,
καὶ ὅτι τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν
μισθαποδότης γίνεται.
Οἶδα ὅτι ζῇ ὁ Λυτρωτής μου,
ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος,
ὅτι ἐστιν οὗτος ἀληθῶς ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου,
ὅτι ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι,
ὧν πρῶτος ἐγώ.
Διὰ τῆς χάριτος Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύομεν σωθῆναι,
καθ' ὃν τρόπον καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν.

Superbiam vitæ, 1 *Jo.* ii. 16.
Omnem sive carnis seu spiritus motum,
voluntati tuæ sanctæ discrepantem,
deponenti,
Pauperem esse spiritu,
ut contingat mihi pars in regno Cœlorum. *Mat.* v. [3.]

Lugere,	ut	consoler; [*Vers.* 4.]
Mitem esse,		terram possideam; [*Vers.* 5.]
Esurire et sitire justitiam,		saturer; [*Vers.* 6.]
Misericordem esse,	ut	misericordiam consequar; [*Vers.* 7.]
Mundo esse corde,		videam Deum; [*Vers.* 8.]
Pacificum esse,		filius Dei vocer; [*Vers.* 9.]

Paratum esse ad patiendum persecutiones
et maledicta propter justitiam,
ut mihi merces sit in Cœlis, *Vers.* 10, 12.
Da mihi, Domine.

ACCEDENS ad Deum,
Credo quia est,
et inquirentibus se
remunerator fit. *Heb.* xi. 6.
Scio, quod Redemptor meus vivit, *Job.* xix. 25.
quod est Christus, Filius Dei vivi, *Mat.* xvi. 16.
quia hic est vere Salvator mundi, *Jo.* iv. 42.
quod venit in hunc mundum peccatores salvos facere,
quorum primus ego sum. 1 *Tim.* i. 15.
Per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari,
quemadmodum et Patres nostri. *Act.* xv. 11.

Οἶδα ὅτι ἐπὶ γῆς ἀναστήσεται τὸ δέρμα μου,
τὸ ἀναντλοῦν ταῦτα.
Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου
ἐν γῇ ζώντων.
Ἐν Κυρίῳ εὐφρανθήσεται ἡ καρδία ἡμῶν,
καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ἠλπίσαμεν.

Τῷ ὀνόματι { τοῦ Πατρὸς,
τοῦ Σωτῆρος, Μεσίτου,
Ὑπερεντευκτοῦ, Λυτρωτοῦ,
τοῦ Παρακλήτου διττοῦ, }

ὑπὸ τοῖς τύποις τοῦ ἀμνοῦ, τῆς περιστερᾶς.
Γένοιτο, Κύριε, τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς,
καθάπερ ἠλπίσαμεν ἐπὶ Σέ.

ἘΝ εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν,
Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης,
καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν·
Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου,
τῆς εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν,
καὶ τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως·
Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου,
καὶ τῶν μετὰ πίστεως καὶ εὐλαβείας εἰσιόντων ἐν αὐτῷ·
Ὑπὲρ τῶν ἐν ἁγίοις Πατέρων ἡμῶν,
τοῦ τιμίου πρεσβυτερίου,
τῆς ἐν Χριστῷ Διακονίας,
παντός τε Κλήρου καὶ Λαοῦ·
Ὑπὲρ τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης, πάσης τε
πόλεως καὶ χώρας, καὶ τῶν ἐν πίστει
οἰκούντων ἐν αὐταῖς·
Ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων, εὐφορίας καρπῶν τῆς γῆς,

Scio quod in terra resurget pellis mea,
quæ hæc patitur. *Job.* xix. 25.
Credo videre bona Domini
in terra viventium. *Psal.* xxvii. 15.
In Domino lætabitur cor nostrum,
et in nomine sancto Ejus speravimus. *Psal.* xxxiii. 20.

Nomine {
Patris,
Servatoris, Mediatoris,
Intercessoris, Redemptoris,
Paracleti Gemini;
}

Typis Agni, Columbæ.
Fiat misericordia tua, Domine, super nos,
quemadmodum speravimus in Te. *Psal.* xxxiii. 21.

In pace Dominum rogemus,
Pro pace superna, et
salute animarum nostrarum;
Pro pace universi mundi,
stabilitate sanctarum Dei Ecclesiarum,
et omnium unione;
Pro domo hac sancta,
et eam cum fide et reverentia ingredientibus;
Pro sanctis Patribus nostris,
Venerabili Presbyterio, Diaconis in Christo
ministrantibus,
omnique Clero et Plebe;
Pro sancta hac habitatione, omnique
civitate et regione, et fidelibus
eam incolentibus;
Pro temperie cœli, fertilitate frugum terræ,

καὶ καιρῶν εἰρηνικῶν·
Ὑπὲρ πλεόντων, ὁδοιπορούντων, νοσούντων,
καμνόντων, καὶ αἰχμαλώτων,
καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν.
Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς,
ὁ Θεὸς, τῇ σῇ χάριτι.
Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης,
Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας,
μετὰ πάντων ἁγίων μνημονεύσαντες,
Ἑαυτοὺς, καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν,
Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα·
Σοὶ, Κύριε,
ὅτι σοι πρέπει δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις.

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ,
καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ,
Καὶ ἡ κοινωνία τοῦ Ἁγίου Πνεύματος,
μετ' ἐμοῦ, καὶ μετὰ πάντων ἡμῶν.
Ἀμήν.

Συνιστῶ κἀμὲ, καὶ ἐμοὺς, καὶ ἐμὰ πάντα,
τῷ δυναμένῳ φυλάξαι με ἄπταιστον,
καὶ στῆσαι κατενώπιον τῆς δόξης αὐτοῦ ἄμωμον,
μόνῳ σοφῷ Θεῷ, καὶ Σωτῆρι ἡμῶν,
ᾧ ἡ δόξα, καὶ μεγαλωσύνη,
κράτος καὶ ἐξουσία,
καὶ νῦν, καὶ εἰς πάντας
τοὺς αἰῶνας.
Ἀμήν.

Ὦ Κύριέ μου, Κύριε,

et temporibus pacificis;
Pro navigantibus, itinerantibus, ægrotis,
laborantibus et captivis,
et eorum salute.
Adjuva, serva, miserere et custodi nos
tua gratia, Deus.
Sanctissimæ, intemeratæ, super cæteros benedictæ,
Deiparæ, et semper Virginis Mariæ,
cum omnibus Sanctis, memoria habita,
Nos ipsos, et vicissim alios, et omnem vitam nostram,
Christo Deo commendemus:
Tibi Domine,
Quia tibi convenit gloria, honor, et adoratio.

Gratia Domini nostri, Jesu Christi,
et Charitas Dei,
et Communicatio S. Spiritus
sit mecum, et cum omnibus nobis:
Amen. 2 *Cor.* xiii. 14.

Commendo et me, et meos, et mea omnia, Ei qui potens est me conservare sine peccato, et constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatum, soli Deo sapienti, et Salvatori nostro,
cui gloria et magnificentia,
imperium et potestas,
et nunc, et in
omnia sæcula. *Jud.* 24, 25.
Amen.

O Domine, mi Domine,

Ὑπὲρ { τοῦ εἶναί με,
τοῦ ζῆν,
τοῦ λογικὸν εἶναι·

Ὑπὲρ { τῆς ἐκτροφῆς,
τῆς φυλακῆς,
τῆς κυβερνήσεως·

Ὑπὲρ { τῆς παιδείας,
τῆς πολιτείας,
τῆς θρησκείας·

Ὑπὲρ τῶν δώρων σου { τῆς χάριτος,
τῆς φύσεως,
τοῦ κόσμου·

Ὑπὲρ { τῆς ἀπολυτρώσεως,
τῆς ἀναγεννήσεως,
τῆς κατηχήσεως·

Ὑπὲρ { τῆς κλήσεως,
τῆς ἀνακλήσεως,
τῆς προσανακλήσεως πολλαπλασίας·

Ὑπὲρ { τῆς ἀνοχῆς,
τῆς μακροθυμίας,
τῆς μακρομακροθυμίας εἰς ἐμὲ,
καιροὺς πολλοὺς,
ἔτη πολλὰ, ἄχρι τοῦ νῦν·

Ὑπὲρ πάντων ὧν { εὖ πέπονθα,
κατευόδωσα·

Ὑπὲρ εἴτινος εὖ ἔδρασα·

Ὑπὲρ τῆς χρήσεως τῶν παρόντων,
τῆς ἐπαγγελίας σῆς, καὶ ἐλπίδος ἐμῆς
περὶ τῆς ἀπολαύσεως τῶν μελλόντων ἀγαθῶν·

Pro eo quod { sim,
vivam,
ratione sim præditus;

Pro { Enutritione,
Conservatione,
Gubernatione;

Pro { Institutione,
Regimine,
Religione;

Pro donis { Gratiæ
Naturæ,
Fortunæ;

Pro { Redemptione,
Regeneratione,
Catechizatione;

Pro Vocatione,
ingeminata iterum,
atque sæpius;

Pro patientia,
longanimitate,
prælonganimitate,
temporibus multis,
multos annos, usque adhuc;

Pro omnibus beneficiis quæ accepi,
commodis quæ feliciter provenerunt;

Pro eo, siquid bene egerim;

Pro usu præsentium,
Promissione tua, Spe mea
circa fruitionem futurorum bonorum;

Ὑπὲρ
- Γονέων μου καλῶν τε κἀγαθῶν,
- Διδασκάλων ἠπίων,
- Εὐεργετῶν ἀειμνήστων,
- Συμμυστῶν ὁμοφρόνων,
- Ἀκροατῶν νοῦν ἐχόντων,
- Φίλων γνησίων,
- Οἰκετῶν πιστῶν·

Ὑπὲρ πάντων

τῶν ἐμοὶ
- τοῖς συγγράμμασι
- ταῖς ὁμιλίαις
- ταῖς διατριβαῖς
- ταῖς προσευχαῖς
- τοῖς παραδείγμασι
- ταῖς ἐπιτιμήσεσι
- τοῖς ἀδικήμασι

λυσιτελούντων·

Ὑπὲρ πάντων τούτων, πάντων τε καὶ ἄλλων,
ὧν οἶδα, ὧν οὐκ οἶδα,
φανερῶν, καὶ ἀφανῶν,
τῶν μεμνημένων μοι, τῶν καὶ ἐπιλελησμένων,
τῶν εἰς ἐμὲ ἑκόντα ἢ καὶ ἄκοντα πεποιημένων·

Ὁμολογῶ σοι, / καὶ ὁμολογήσω, } καὶ εὐλογῶ σε, / καὶ εὐλογήσω, } καὶ εὐχαριστῶ σοι, / καὶ εὐχαριστήσω σοι,
πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου.

Τίς εἰμι ἐγὼ, ἢ τίς ὁ οἶκος
τοῦ Πατέρος μου,
ὥστε ἐπιβλέψαι σε ἐπὶ τὸν κύνα τὸν
τεθνηκότα τὸν ὅμοιον ἐμοί;

Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ, περὶ πάντων
ὧν ἀνταπέδωκέ μοι;

Pro
Parentibus meis bonis atque honestis,
Magistris mitibus,
Benefactoribus æternæ memoriæ,
Symmystis idem sentientibus,
Auditoribus cordatis,
Amicis germanis,
Domesticis fidelibus;

Pro omnibus

qui mihi
Scriptis
Concionibus
Colloquiis
Precibus
Exemplis
Reprehensionibus
Injuriis
profuerunt;

Pro his omnibus, omnibusque aliis,
cognitis, incognitis,
manifestis, occultis,
quæ recordor, quæ oblitus sum,
quibus volens vel invitus sum affectus;

Confiteor tibi et confitebor, benedico et benedicam, gratias ago et gratias agam,
omnibus diebus vitæ meæ.

Quis ego sum, Domine Deus, et quæ domus Patris mei,
quoniam respexisti super canem mortuum similem mei? 2 *Sam.* vii. 18. et ix. 8.

Quid retribuam Domino pro omnibus
quæ retribuit mihi? *Psal.* cxvi. 12.

Τίνα εὐχαριστίαν δύναμαι τῷ Θεῷ ἀνταποδοῦναι,
περὶ πάντων ἐν οἷς { ἐφείσατό μου / ἀνέμενέ με } ἕως τούτου;

Ἅγιος, Ἅγιος, Ἅγιος·
Ἄξιος εἶ, ὁ Κύριος, καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἅγιος,
λαβεῖν τὴν δόξαν, καὶ τὴν τιμὴν, καὶ
τὴν δύναμιν,
Ὅτι σὺ ἔκτισας ἅπαντα,
καὶ διὰ τὸ θέλημά σου
εἰσὶ, καὶ ἐκτίσθησαν.

Quam gratiam possum Deo rependere
Pro omnibus in quibus { peperit mihi / toleravit me } usque adhuc?

Sanctus, Sanctus, Sanctus,
Dignus es, Domine, Deus noster Sanctus,
accipere gloriam et honorem et
virtutem,
Quia tu creasti omnia,
et propter voluntatem tuam
erant, et creata sunt. *Apoc.* iv. 8. 11.

ΤΗΣ ΕΚΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ.

ΤΟ πρωῒ ἡ προσευχή μου
προφθάσει σε.
Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε,
Ὁ ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς γῆς θηρία, καὶ κτήνη,
καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ,
εἰς { τροφὴν, σκέπασμα, βοήθειαν·
καὶ ποιήσας ἄνθρωπον
κατ᾽ εἰκόνα σὴν,
Εἰς ἀρχὴν τῆς γῆς,
καὶ εὐλογήσας αὐτόν.

Ἡ προβουλία,
Αὐτουργία,
Πνοὴ ζωῆς,
Εἰκὼν Θεοῦ,
Ὑπὲρ ἔργων κατάστασις,
Ἐντολὴ τοῖς ἀγγέλοις περὶ αὐτοῦ,
Παράδεισος.

Καρδία,	Ζωὴ,	Γνωστὸν τοῦ Θεοῦ,
Νεφροὶ,	Αἴσθησις,	Γραπτὸν τοῦ Νόμου,
Ὀφθαλμοὶ,	Λόγος,	Λόγια Προφητῶν,
Ὦτα,	Πνεῦμα,	Μελῳδία Ψαλμῶν,
Γλῶσσα,	Αὐτεξούσιον,	Νουθεσία Παροιμιῶν,

DIEI SEXTÆ.

MANE Oratio mea
præveniet te. *Psal.* lxxxviii. 13.
Benedictus es, Domine,
Qui produxisti ex terra bestias et jumenta,
et omne reptile, *Gen.* i. 25.
ad { alimentum,
indumentum,
adjumentum;
et creasti hominem
ad imaginem tuam, *Gen.* i. 26.
Ut dominaretur terræ,
et benedixisti illi. *Vers.* 28.

Præhabita deliberatio, [*Gen.* i. 26.]
Divina manus operi admota, [*Psal.* cxxxviii. 8.]
Spiratio vitæ, [*Gen.* ii. 7.]
Imago Dei, [*Gen.* i. 26.]
Constitutio super opera, *Psal.* viii. 6.
Præceptum Angelis de illo, *Psal.* xci. 11.
Paradisus. *Gen.* ii. 8.

Cor.	Vita.	Notum Dei.
Renes.	Sensus.	Scriptum Legis.
Oculi.	Ratio.	Oracula Prophetarum.
Aures.	Spiritus.	Melodia Psalmorum.
Lingua.	Liberum arbitrium.	Prudentia Proverbiorum.

Χεῖρες,	Μνήμη,	Ἐμπειρία Ἱστοριῶν,
Πόδες,	Συνείδησις,	Λατρεία θυσιῶν.

Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε,
διὰ τὴν μεγάλην σου καὶ τιμίαν ἐπαγγελίαν
(ἐν ἡμέρᾳ ταύτῃ)
περὶ τοῦ ζωοποιοῦ σπέρματος·
καὶ διὰ τὸ ἐν πληρώματι τῶν καιρῶν
πληρῶσαι αὐτὴν,
ἐν ἡμέρᾳ ταύτῃ.
Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε,
διὰ τὰ ἅγια πάθη
τῆς ἡμέρας ταύτης.
Ὦ διὰ τῶν σωτηρίων σου παθημάτων,
ἐν ἡμέρᾳ τῇδε,
σῶσον ἡμᾶς, Κύριε.

Ἀντέστην σοι, Κύριε, ἀλλὰ ἐπιστρέφω ἐπὶ σέ·
ἠσθένησα ἐν ταῖς ἀδικίαις μου,
ἀλλὰ λαμβάνω μετ' ἐμοῦ λόγους,
καὶ ἐπιστρέφω πρὸς σὲ, λέγων,
Ἄφες ἁμαρτίαν, καὶ λαβὲ προσευχὴν,
καὶ ἀνταποδώσω σοι καρπὸν χειλέων μου.
Φεῖσαι, Κύριε, φεῖσαι,
καὶ μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου
εἰς ὄνειδος τοῖς ἐχθροῖς σου.
Κύριε, Κύριε, ἵλεως γενοῦ, κόπασον δή.
τίς ἀναστήσει τὸν Ἰακώβ ;
ὅτι ὀλιγοστός ἐστιν·
μετανόησον, Κύριε, ἐπὶ τούτῳ,

Manus.	Memoria.	Experientia historiarum.
Pedes.	Conscientia.	Cultus Sacrificiorum.

Benedictus es, Domine,
propter magnum et pretiosum promissum tuum
(hac in die) [2 *Pet.* i. 4.]
de vivifico semine, [*Gen.* iii. 15.]
et, eo quod plenitudine temporum
illud impleveris, [*Gal.* iv. 4.]
hac ipsa in die.
Benedictus es, Domine,
propter sacras passiones
hujus diei.
O per salutares passiones tuas,
hac in die susceptas,
Salva nos Domine.

Restiti tibi, Domine, sed convertor ad te,
Infirmatus sum in peccatis meis. *Hos.* xiii. 16.
Sed tollo mecum verba,
et revertor ad te, Domine, et dico,
Omnem aufer iniquitatem, et accipe orationem,
et reddam vitulos labiorum meorum. *Hos.* xiv. 1. [2.]
Parce, Domine, parce,
et ne des hæreditatem tuam
ad opprobrium inimicis tuis. *Joel.* ii. 17.
Domine, Domine, propitius esto, quiesce, obsecro.
Quis suscitabit Jacob?
quia parvulus est.
Miserere, Domine, super hoc;

καὶ τοῦτο οὐ μὴ γένηται.
Φυλασσόμενος τὰ μάταια καὶ ψευδῆ,
τὸν ἔλεον ἐμοῦ ἐγκατέλιπον·
καὶ ἀπώσθην ἐξ ὀφθαλμῶν σου.
Ἐν δὲ τῷ ἐκλείπειν ἐν ἐμοὶ τὴν ψυχήν μου,
τοῦ Κυρίου ἐμνήσθην.
προσθήσω ἔτι ἐπιβλέψαι πρὸς ναὸν ἅγιόν σου,
ἀναβήτω ἐκ φθορᾶς ἡ ζωή μου.
Τίς Θεὸς ὥσπερ σὺ, ὑπερβαίνων ἀδικίας
τοῖς καταλοίποις τῆς κληρονομίας σου;
οὐκ ἀεὶ κρατήσεις εἰς μαρτύριον τὴν ὀργήν σου,
ὅτι θελητὴς ἐλέους εἶ σύ·
Ἐπίστρεψον, καὶ οἴκτειρον ἡμᾶς, Κύριε·
κατάδυσον τὰς ἀνομίας ἡμῶν.
Καὶ ἀπόρριψον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάττης
πάσας τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν·
κατὰ τὴν ἀλήθειαν, καὶ κατὰ τὸ ἔλεός
σου.
Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου,
καὶ ἐφοβήθην·
Κατενόησα τὰ ἔργα σου,
καὶ ἐξέστην.
Ἐν τῇ ὀργῇ μνήσθητι τοῦ ἐλέους.
Ἰδοῦ με, Κύριε, ἐνδεδυμένον ἱμάτια ῥυπαρὰ,
ἰδοῦ τὸν διάβολον ἑστηκότα μοι ἐκ δεξιῶν·
καὶ, ὦ Κύριε, ἐν αἵματι διαθήκης σου,
ἐν πηγῇ διανοιγομένῃ
εἰς ῥαντισμὸν πάσῃ τῇ ἀκαθαρσίᾳ,
ἀφαίρει ἀπ' ἐμοῦ τὰς ἀνομίας,
καὶ τὰς ἁμαρτίας μου περικαθάρισον·

et hoc ne sit. *Amos* vii. 5, [6.]
Custodiens vanitates frustra,
misericordiam meam dereliqui, *Jon.* ii. 8.
et abjectus sum a conspectu oculorum tuorum ; [*Vers.* 4.]
Sed cum angustiaretur in me anima mea,
recordatus sum Domini. [*Vers.* 7.]
Iterum aspiciam adversus Templum sanctum tuum,
sublevetur de corruptione vita mea. [*Vers.* 4. 6.]
Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem,
et transis iniquitates hæreditatis tuæ?
Non servabis usque in testimonium furorem tuum,
quoniam volens misericordiam es tu. *Mich.* vii. 18.
Revertere et miserere nostri, Domine,
depone iniquitates nostras,
et projice in profundum maris
omnia peccata nostra, [*Vers.* 19.]
secundum veritatem, et secundum misericordiam
tuam. [*Vers.* 20.]
Domine, audivi auditionem tuam,
et timui, *Abac.* iii. 2.
Consideravi opus tuum,
et expavi. [*ibid.*]
Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. [*ibid.*]
Ecce me, Domine, indutum vestibus sordidis,
et Satanam stantem a dextris meis. *Zach.* iii. 3, [1.]
Sed, Domine, in sanguine Testamenti tui, *Zach.* ix. 11.
in fonte patente
in ablutionem omnis impuritatis, [xiii. 1.]
Tolle peccata mea,
et munda sordes prævaricationis meæ. [*Psal.* li. 2.]

Σῶσόν με ὡς δαλὸν ἐξεσπασμένον
ἐκ πυρός.
Πάτερ, ἄφες μοι· οὐ γὰρ οἶδα,
ἀληθῶς οὐκ οἶδα τί ἐποίησα,
ἐν τῷ ἁμαρτῆσαί με σοι·
Μνήσθητί μου, Κύριε,
ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.
Κύριε, μὴ στήσῃς τοῖς ἐχθροῖς μου
τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.
Κύριε, μὴ στήσῃς μοι
τὰς ἁμαρτίας μου.

Διὰ {
τὸν ἱδρῶτα αἱματόεντα, θρομβώδη,
τὴν ψυχὴν ἀγωνιῶσαν,
τὴν κεφαλὴν ἀκάνθαις ἐστεμμένην,
προσπηχθεισῶν τῶν ῥάβδων,
τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρυόεντας,
τὰ ὦτα λοιδοριῶν γέμοντα,
τὸ στόμα ὄξει καὶ χολῇ ποτιζόμενον,
τὴν ὄψιν ἐμπτύσματι αἰσχρῶς ῥυπαινομένην,
τράχηλον σταυροῦ φορτίῳ βαρυνόμενον,
τὸν νῶτον μαστίγων μώλωψι
καὶ τραύμασιν ἠροτριωμένον,
τὰς χεῖρας καὶ πόδας ὀρυχθέντας,
τὴν κραυγὴν ἰσχυρὰν, Ἠλὶ, Ἠλὶ,
τὴν καρδίαν λόγχῃ νυχθεῖσαν,
τὸ ὕδωρ καὶ αἷμα ἀπορρέοντα,
τὸ σῶμα κλώμενον,
τὸ αἷμα ἐκχυνόμενον,
}

Κύριε, ἄφες τὰς ἀνομίας τοῦ δούλου σου,
κάλυψον πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ.

serva me sicut torrem erutum
ex igne. [*Zach.* iii. 2.]
Pater, ignosce mihi, nec enim sciebam,
revera nesciebam quid faciebam,
cum faciebam quod displiceret tibi. *Luc.* xxiii. 34.
Domine, memento mei
in regno tuo. [*Vers.* 42.]
Domine, ne statuas inimicis meis
peccata ipsorum. *Act.* vii. 60.
Domine, ne statuas mihi
peccata mea.

Per {
Sudorem sanguineum, grumosum, [*Luc.* xxii. 44.]
Animam agonizantem, [*ibid.*]
Caput spinis coronatum, [*Matth.* xxvii. 29.]
Virgis impactum, [*Vers.* 30.]
Oculos lacrymis perfusos, [*Heb.* v. 7.]
Aures conviciis oppletas, [*Matth.* xxvii. 39.]
Os felle, et aceto potum, [*Vers.* 34.]
Faciem sputis fœde illitam, [*Vers.* 30.]
Collum Crucis onere depressum, [*Joan.* xix. 17.]
Dorsum flagello, livoribus et vulneribus exaratum, [*Psal.* cxxix. 3.]
Manus et pedes perfossos, [*Psal.* xxii. 17.]
Clamorem validum, ELI, ELI. [*Matth.* xxvii. 46.]
Cor lancea perforatum, [*Joan.* xix. 34.]
Aquam et sanguinem exeuntia, [*ibid.*]
Corpus confractum, [1 *Cor.* xi. 24.]
Sanguinem effusum, [*Matth.* xxvi. 28.]
}

Domine, remitte iniquitatem servi tui,
operi omnia peccata ejus. *Psal.* lxxxv. 2.

Κατάπαυσον πᾶσαν τὴν ὀργήν σου,
ἀπόστρεψον ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ θυμοῦ σου,
Ἐπίστρεψον ἐμὲ, ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν,
καὶ ἀπόστρεψον τὸν θυμόν σου ἀφ' ἡμῶν.
Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ὀργισθῇς ἡμῖν; ἢ
διατενεῖς τὴν ὀργήν σου ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν;
Ὁ Θεὸς, σὺ ἐπιστρέψας ζωώσεις ἡμᾶς,
καὶ ὁ λαός σου εὐφρανθήσεται ἐπὶ σοί.
Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου,
καὶ σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν.

Τὰ ἔργα σαρκός.

Μοιχεία,	Ζῆλοι,
Πορνεία,	Θυμοὶ,
Ἀκαθαρσία,	Ἐριθεῖαι,
Ἀσέλγεια,	Διχοστασίαι,
Εἰδωλολατρεία,	Αἱρέσεις,
Φαρμακεία,	Φθόνοι,
Ἔχθραι,	Φόνοι,
Ἔρεις,	Μέθαι,

κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις.

Οἱ καρποὶ τοῦ Πνεύματος.

Ἀγάπη,	Μακροθυμία,	Πίστις,
Χαρὰ,	Χρηστότης,	Πρᾳότης,
Εἰρήνη,	Ἀγαθωσύνη,	Ἐγκράτεια.

Πνεῦμα

Σοφίας,	Βουλῆς,	Γνώσεως,
Συνέσεως,	Ἰσχύος,	Εὐσεβείας,
	Φόβου τοῦ Κυρίου.	

Mitiga omnem iram tuam,
averte ab ira indignationis tuæ. [*Vers.* 3.]
Converte me, Deus salutaris noster,
et averte iram tuam a nobis. [*Vers.* 4.]
Nunquid in æternum irasceris nobis? aut extendes
iram tuam a generatione in generationem? [*Vers.* 5.]
Deus tu conversus vivificabis nos,
et plebs tua lætabitur in te. [*Vers.* 6.]
Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam,
et salutare tuum da nobis. [*Vers.* 7.]

Opera Carnis.

Fornicatio,	Æmulationes,
Immunditia,	Iræ,
Impudicitia,	Rixæ,
Luxuria,	Dissensiones,
Idolorum servitus,	Sectæ,
Veneficia,	Invidiæ,
Inimicitiæ,	Homicidia,
Contentiones,	Ebrietates,

Comessationes, et his similia. *Gal.* v. 19, 20, 21.

Fructus Spiritus.

Charitas,	Patientia,	Fides,
Gaudium,	Benignitas,	Mansuetudo,
Pax,	Bonitas,	Continentia. *Gal.* v. 22, 23.

Spiritus

Sapientiæ,	Consilii,	Scientiæ,
Intellectus,	Fortitudinis,	Pietatis,

Timoris Domini. *Isa.* xi. 2.

Τὰ χαρίσματα τοῦ Πνεύματος.

Λόγος { Σοφίας,
Γνώσεως,

Πίστις, { Χάρισμα ἰαμάτων,
Ἐνέργεια δυνάμεων,

Προφητεία,

Διάκρισις τῶν πνευμάτων,

Γένη,
Ἑρμηνεία, } γλωσσῶν.

ΠΙΣΤΕΥΩ

Ὅτι με ἔκτισας·
τὸ πλάσμα τῶν χειρῶν σου
μὴ παρίδῃς.
Ὅτι κατὰ εἰκόνα σὴν καὶ ὁμοίωμα·
τὸ ὁμοίωμα σὸν
μὴ ἐάσῃς ἐξαλειφθῆναι.
Ὅτι ἐν αἵματί σου με ἐλύτρωσας·
τὴν τιμὴν τοῦ λύτρου
μὴ ἐάσῃς ἀπολέσθαι.
Ὅτι κατ' ὄνομα σὸν Χριστιανὸν ἀνέδειξας·
τῆς ἐπωνυμίας σῆς
μὴ καταφρονῇς.
Ὅτι με ἐν ἀναγεννήσει ἡγίασας,
τὸ ἁγίασμα σὸν
μὴ ἀπολλύῃς.
Ὅτι με ἐνεκέντρισας ἐν τῇ καλλιελαίῳ,
τὸ μέλος σώματος μυστικοῦ·
τὸ μέλος μυστικοῦ σου σώματος
μὴ ἐκκόψῃ.

Charismata Spiritus.

Sermo { Sapientiæ,
Scientiæ,

Fides, { Gratia sanitatum,
Operatio virtutum.

Prophetia,

Discretio Spirituum.

Genera
Interpretatio } Linguarum. 1 *Cor.* xii. 8, 9, 10.

CREDO

Quia me creasti:

Opus manuum tuarum

ne despicias! [*Psal.* cxxxviii. 8.]

Quia ad imaginem tuam, et similitudinem: [*Gen.* i. 26.]

similitudinem tuam

ne sinas deteri!

Quia sanguine tuo me redemisti: [*Rev.* v. 9.]

Pretium Redemptionis

ne sinas perire.

Quia de nomine tuo Christianum appellasti:

Characterem tuum

ne contemnas!

Quia me in regeneratione sanctificasti: [*Tit.* iii. 5.]

Sanctitatem tuam

ne perdas!

Quia me inseruisti in bonam olivam, [*Rom.* xi. 17.]

Membrum corporis mystici: [*Eph.* v. 30.]

Membrum corporis tui mystici

ne præscindas!

Μνήσθητι τῶν λόγων σου τῷ δούλῳ σου,
ὧν ἐπήλπισάς με·
Ἐκλείπει εἰς τὸ σωτήριόν σου ἡ ψυχή μου,
εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα.

Ὑπὲρ εὐοδώσεως καὶ ἐνισχύσεως
παντὸς τοῦ φιλοχρίστου στρατοῦ,
κατὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς ἁγιωτάτης ἡμῶν πίστεως.
Ὑπὲρ τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν,
καὶ πάσης ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος.
Ὑπὲρ τῶν μισούντων καὶ ἀγαπώντων ἡμᾶς.
Ὑπὲρ τῶν ἐλεούντων καὶ διακονούντων ἡμῖν.
Ὑπὲρ ὧν ἐπηγγειλάμεθα διὰ μνήμης ἔχειν
ἐν ταῖς προσευχαῖς ἡμῶν.
Ὑπὲρ ἀναρρύσεως τῶν αἰχμαλώτων.
Ὑπὲρ τῶν ἀπολειφθέντων πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν.
Ὑπὲρ τῶν ἐν θαλάττῃ πλεόντων.
Ὑπὲρ τῶν ἐν ἀσθενείαις κατακειμένων.
Εὐξώμεθα καὶ ὑπὲρ εὐφορίας καρπῶν τῆς γῆς·
καὶ ὑπὲρ πάσης ψυχῆς Χριστιανῶν ὀρθοδόξων.
Μακαρίσωμεν τοὺς εὐσεβεῖς βασιλεῖς,
τοὺς ὀρθοδόξους ἀρχιερεῖς,
Τοὺς κτίστορας τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης,
τοὺς γονεῖς ἡμῶν,
Καὶ πάντας προαπελθόντας προπάτορας
καὶ ἀδελφοὺς ἡμῶν.

Γένοιτό μοι, Κύριε, ἀεὶ
ἡ χεὶρ κραταιά σου
εἰς ὑπερασπισμὸν,

Memor esto verbi tui servo tuo,
in quo mihi spem dedisti. *Psal.* cxix. [49.]
Defecit in salutare tuum anima mea,
et in verbo tuo supersperavi. [*Vers.*] 81.

Pro prospera expeditione, et corroboratione
omnis exercitus Christiani,
adversus hostes sanctissimæ nostræ Fidei.
Pro SS. Patribus nostris,
et omni in Christo fraternitate nostra.
Pro odio habentibus, et diligentibus nos.
Pro misertis nostri, et suppeditantibus necessaria nobis.
Pro iis quorum mentionem in orationibus nostris
habere promisimus.
Pro liberatione Captivorum.
Pro absentibus Patribus et Fratribus nostris.
Pro Navigantibus in Mari.
Pro decumbentibus præ infirmitate.
Oremus etiam pro fertilitate frugum terræ,
et pro omni anima Christianorum Orthodoxorum.
Celebremus pios Reges,
Orthodoxos Præsules,
Conditores hujus sanctæ habitationis,
Parentes nostros,
Et omnes defunctos majores
et Fratres nostros.

Sit semper mihi, Domine,
Manus tua potens
in protectionem,

Τὸ ἔλεός σου ἐν Χριστῷ
εἰς σωτηρίαν,
Ὁ παναληθής σου λόγος
εἰς παιδείαν,
Ἡ χάρις τοῦ ζωοφόρου σου Πνεύματος
εἰς παράκλησιν,
ἕως τοῦ τέλους καὶ ἐν τῷ τέλει.

Ἡ ψυχὴ		ἁγίασον	
τὸ σῶμα		κατίσχυσον	
τὸ αἷμα		λύτρωσον	
τὸ ὕδωρ	τοῦ Χριστοῦ	ἀπόπλυνον	ἐμέ.
ὁ μώλωψ		ἴασαι	
ὁ ἱδρὼς		ἀνάψυξον	
τὸ τραῦμα		κατάκρυψον	

Ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ
ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν,
φρουρησάτω μοι τὴν καρδίαν,
καὶ τὰ νοήματα
ἐν τῇ γνώσει καὶ τῇ ἀγάπῃ
τοῦ Θεοῦ.

Ὃς παραβάντα τὴν ἐντολήν σου ἄνθρωπον,
καὶ ἐκπεσόντα
Οὐ παρεῖδες, οὐδ' ἐγκατέλιπες, ὠγαθὲ,
ἀλλ' ἐπεσκέψω πολυτρόπως,
ὡς εὔσπλαγχνος πατὴρ,
Χορηγήσας αὐτῷ τὴν μεγάλην σου
καὶ τίμιον ἐπαγγελίαν,
περὶ τοῦ ζωοποιοῦ σπέρματος,
Ἀνοίξας αὐτῷ τὴν θύραν τῆς πίστεως

Misericordia tua in Christo
in salutem,
Verax tuum verbum
in eruditionem,
Gratia vivifici tui Spiritus
in consolationem,
ad finem usque et in fine.

Anima		sanctifica	
Corpus		conforta	
Sanguis		redime	
Aqua	Christi	ablue	me.
Livor		sana	
Sudor		refrigera	
Vulnus		absconde	

Pax Dei
quæ exsuperat omnem sensum,
custodiat cor meum
et intelligentiam
in cognitione et dilectione
Dei. *Phil.* iv. 7.

Qui transgressum præceptionem tuam hominem,
et lapsum,
Non despexisti, neque dereliquisti, O Bone,
Sed visitasti multifariam,
utpote pius pater,
Concedens ipsi magnam tuam et
pretiosam promissionem [2 *Pet.* i. 4.]
de vivifico semine, [*Gen.* iii. 15.]
Aperto ipsi ostio fidei, [*Act.* xiv. 27.]

καὶ μετανοίας εἰς ζωὴν,
Καὶ ἐν πληρώματι τῶν καιρῶν
πέμψας αὐτὸν τὸν Χριστόν σου,
Ὥστε ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ σπέρματος τοῦ Ἀβραὰμ,
καὶ ἐν τῇ προσφορᾷ τῆς ζωῆς
Ἀναπληρῶσαι τὴν ὑπακοὴν τοῦ νόμου,
ἔν τε τῇ θυσίᾳ τοῦ θανάτου
Ἀνενέγκαι τὴν κατάραν αὐτοῦ,
ἔν τε τῷ θανάτῳ αὐτοῦ
Ἀπολυτρῶσαι τὸν κόσμον,
καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει αὐτοῦ
ζωοποιῆσαι αὐτόν·
Ὁ πάντα ποιῶν,
ὥστε τὸ γένος ἡμῶν ἐπαναγαγεῖν εἴς σε,
τῆς τε θείας σου φύσεως καὶ τῆς αἰωνίου δόξης
κοινωνὸν γενέσθαι·
Ὁ συνεπιμαρτυρήσας τῇ ἀληθείᾳ
τοῦ εὐαγγελίου σου,
ἐν πολλαῖς καὶ ποικίλαις δυνάμεσι·
Ἐν τῇ ἀειμνήστῳ ἀναστροφῇ τῶν
ἁγίων σου,
ἐν ὑπερφυεῖ ὑπομονῇ τῶν βασάνων,
ἐν τῇ ὑπερθαυμαστῷ ἐπιστροφῇ
ὅλης τῆς οἰκουμένης,
εἰς ὑπακοὴν τῆς πίστεως,
ἄνευ κράτους, πειθοῦς, βίας,
Εὐλογηθήτω, ἐπαινηθήτω, ἀνυμνηθήτω,
μεγαλυνθήτω, ὑπερυψωθήτω, δοξασθήτω,
ἁγιασθήτω
τὸ ὄνομα σὸν,

    et pœnitentiæ ad vitam, [*Act.* xi. 18.]
Et in plenitudine temporum [*Gal.* iv. 4.]
    misisti Ipsum Christum tuum,
Ut apprehenderet semen Abrahæ, [*Heb.* ii. 16.]
    et in oblatione vitæ
adimpleret obedientiam legis,
    et in sacrificio mortis
sustineret maledictionem ejus, [*Gal.* iii. 13.]
        suaque morte
    Mundum redimeret,
            suaque Resurrectione
    eum vivificaret;
                Qui omnia facis
ut genus nostrum ad te reduceres,
  unde divinæ tuæ naturæ particeps, [2 *Pet.* i. 4.]
    et æternæ gloriæ compos fieret;
Qui testimonium perhibuisti veritati
        Evangelii tui,
    multis et variis virtutibus, [*Heb.* ii. 4.]
Semper memoranda conversatione
        Sanctorum tuorum,
Admirabili patientia tormentorum,
Stupenda conversione
    totius terrarum orbis
        ad obedientiam fidei, [*Rom.* xvi. 26.]
  nullo armorum, eloquentiæ, virium interventu,
Benedicatur, laudetur, celebretur,
    Magnificetur, superexaltetur, glorificetur,
            sanctificetur
            Nomen tuum,

ἡ ἀνάμνησις, καὶ μνήμη,
καὶ πᾶν μνημόσυνον αὐτοῦ,
καὶ νῦν
καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ἄξιος εἶ λαβεῖν τὸ βιβλίον,
καὶ ἀνοῖξαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ,
Ὅτι ἐσφάγης, καὶ ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς
ἐν τῷ αἵματί σου,
ἐκ πάσης φυλῆς, καὶ γλώσσης,
καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους.
Ἄξιόν ἐστι τὸ ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον
λαβεῖν τὴν δύναμιν, καὶ πλοῦτον, καὶ σοφίαν,
καὶ ἰσχὺν, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν,
καὶ εὐλογίαν.
Τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῷ ἀρνίῳ,
ἡ εὐλογία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος
εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων,
Ἀμήν.
Ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν
τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου,
καὶ τῷ ἀρνίῳ,
Ἀμὴν.
Ἡ εὐλογία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ σοφία,
καὶ ἡ εὐχαριστία, καὶ ἡ τιμὴ,
καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ ἰσχὺς,
τῷ Θεῷ ἡμῶν,
εἰς τοὺς αἰῶνας
τῶν αἰώνων,
Ἀμήν.

Memoria, et mentio,
et omne memoriale ejus,
et nunc
et in sæcula.

Dignus es accipere librum,
et aperire signacula ejus,
Quoniam occisus es, et redemisti nos Deo
in sanguine tuo,
ex omni tribu, et lingua,
et populo, et natione. *Apoc.* v. 9.
Dignus est Agnus qui occisus est
accipere virtutem, et divitias, et sapientiam,
et fortitudinem, et honorem, et gloriam,
et benedictionem. [*Vers.* 12.]
Sedenti in throno, et Agno
benedictio, et honor, et gloria, et potestas
in sæcula sæculorum,
Amen. [*Vers.* 13.]
Salus Deo nostro
Qui sedet super thronum,
et Agno,
Amen. [*Apoc.* vii. 10.]
Benedictio, et claritas, et sapientia,
et gratiarum actio, et honor,
et virtus, et fortitudo,
Deo nostro,
in sæcula
sæculorum,
Amen. [*Vers.* 12.]

ΤΗΣ ΕΒΔΟΜΗΣ ΗΜΕΡΑΣ.

ΚΥΡΙΕ ἐλέησον ἡμᾶς,
ἐπὶ σοὶ γὰρ πεποίθαμεν.
Ἴσθι βραχίων ἡμῖν τὸ πρωῒ,
καὶ σωτηρία ἐν καιρῷ θλίψεως.
Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε,
Ὁ καταπαύσας ἐν τῇ ἑβδόμῃ
ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων σου,
καὶ εὐλογήσας,
καὶ ἁγιάσας
αὐτήν.

Τὰ περὶ τοῦ Σαββάτου,
περὶ ἀναπαύσεως ἀμοιβαίας·
Περὶ τῶν νεκρωσίμων τοῦ Χριστοῦ,
καὶ τῆς τῶν ἁμαρτιῶν καταπαύσεως·
περὶ τῶν προαναπαυσαμένων.

Ἠσχύνθην, καὶ ἐνετράπην, Θεέ μου,
τοῦ ὑψῶσαι τὸ πρόσωπόν μου πρὸς σέ·
Ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ἐπληθύνθησαν
ὑπὲρ κεφαλῆς μου,
καὶ αἱ πλημμέλειαί μου ἐμεγαλύνθησαν
εἰς τὸν οὐρανόν.
Ἀπὸ τῶν ἡμερῶν τῆς νεότητος,
εἰμὶ ἐν πλημμελείᾳ μεγάλῃ,
ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης,

DIEI SEPTIMÆ.

DOMINE, miserere nostri,
Te enim exspectavimus.
Esto brachium nostrum in mane,
et Salus nostra in tempore tribulationis. *Isa.* xxxiii. 2.
Benedictus es, Domine,
Qui requievisti die septimo
ab omni opere tuo,
et benedixisti,
et sanctificasti
illum. *Gen.* ii. 2, 3.

Quæ ad Sabbatum spectant,
De requie pariter nostra succedanea;
De emortualibus Christi,
et cessatione a peccatis;
De iis qui prius requieverint.

Deus meus, confundor, et erubesco
levare faciem meam ad te,
Quoniam iniquitates meæ multiplicatæ sunt
super caput meum,
et delicta mea creverunt
usque ad cœlum.
A diebus juventutis
sum in delicto magno,
usque ad diem hanc,

Καὶ οὐκ ἔστι στῆναι ἐνώπιόν σου,
ἐπὶ τούτου.

Ἥμαρτον ὑπὲρ ἀριθμὸν ψάμμου θαλάσσης,
ἐπλήθυναν αἱ ἀνομίαι μου,
καὶ οὐκ ἄξιός εἰμι ἀτενίσαι, καὶ
ἰδεῖν τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ,
ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀδικιῶν μου,
καὶ οὐκ ἔστι μοι ἄνεσις,
διότι παρώργισα τὸν θυμόν σου,
καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα,
μὴ ποιήσας τὸ θέλημα,
μὴ φυλάξας τὰ προστάγματά σου.
καὶ νῦν κλίνω γόνυ καρδίας,
δεόμενος τῆς παρὰ σοῦ χρηστότητος.
Ἡμάρτηκα, Κύριε, ἡμάρτηκα,
καὶ τὰς ἀνομίας μου ἐγὼ γινώσκω,
ἀλλ' αἰτοῦμαι δεόμενος,
ἄνες μοι, Κύριε, ἄνες μοι.
Καὶ μὴ συναπολέσῃς με ταῖς ἀνομίαις μου,
μηδὲ εἰς αἰῶνα μηνίσας
τηρήσῃς τὰ κακά μοι·
μηδὲ καταδικάσῃς με,
ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς.
Διότι σὺ εἶ Θεὸς, Θεὸς μετανοούντων,
καὶ ἐν ἐμοὶ δείξεις πᾶσαν τὴν ἀγαθωσύνην σου,
ὅτι ἀνάξιον ὄντα με σώσεις
κατὰ τὸ πολὺ ἔλεός σου,
καὶ αἰνέσω σε διαπαντός.

Nec stari potest coram te
super hoc. *Ezr.* ix. 6, 7. 15.

Peccavi super numerum arenæ maris,
multiplicatæ sunt iniquitates meæ,
et non sum dignus intueri, et
aspicere altitudinem cœli,
præ multitudine iniquitatum mearum,
et non est respiratio mihi,
quia excitavi iracundiam tuam,
et malum coram te feci,
non facta voluntate tua,
mandatis tuis non custoditis,
Et nunc flecto genu cordis mei,
precans a te bonitatem. [*Orat. Manassis.*]
Peccavi, Domine, peccavi,
Et iniquitates meas agnosco,
Quare peto rogans,
Remitte mihi, Domine, remitte mihi. [*Ibid.*]
Et ne simul perdas me cum iniquitatibus meis,
neque in æternum iratus
reserves mala mihi,
neque damnes me
in infima terræ loca.
Quia tu es Deus, Deus pœnitentium,
et in me ostendes omnem bonitatem tuam,
quia indignum salvabis me
secundum magnam misericordiam tuam,
et laudabo te semper. [*Ibid.*]

Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι,
Κύριε, μόνον εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσομαι.
Κύριε σῶσον.
Οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολλύμεθα;
Εἰπέ μοι, Θάρσει, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.
Ἰησοῦ, Ἐπιστάτα, ἐλέησόν με.
Ὁ υἱὸς Δαβὶδ Ἰησοῦ, ἐλέησόν με,
Ἰησοῦ υἱὲ Δαβὶδ,
υἱὲ Δαβίδ.
Κύριε, εἰπέ μοι, Ἐφφαθά.
Κύριε, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω.
Κύριε, εἰπέ μοι, Ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου.
Εἰπὲ τῇ ψυχῇ μου, Σωτηρία σου ἐγώ.
Εἰπέ μοι, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου.
Ἕως πότε, Κύριε, ὀργισθήσῃ εἰς τέλος;
ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου;
Μὴ μνησθῇς ἀνομιῶν ἡμῶν ἀρχαίων·
ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς
οἱ οἰκτιρμοί σου, Κύριε,
ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα.
Βοήθησον ἡμῖν, ὁ Θεὸς, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν,
ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου
Κύριε, ῥῦσαι ἡμᾶς,
καὶ ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν,
ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.

	ἡττήματα,	*ὀφειλήματα,*
	ὑστερήματα,	*ἁμαρτήματα,*
Πάντα τὰ {	*ὀλισθήματα·*	*πλημμελήματα,*
	πταίσματα,	*ἀγνοήματα,*
	παραπτώματα,	*ἀνομήματα,*

Domine, si vis, potes me mundare,
Domine, tantum dic verbo, et sanabor, *Matt.* viii. 2, 8.
Domine, salvum fac. [*Matt.* viii. 25.]
Non ad te pertinet quia perimus? *Marc.* iv. 38.
Dic mihi, Confide: remittuntur tibi peccata tua. *Matt.* ix. 2.
Jesu præceptor, Miserere mei. *Luc.* xvii. 13.
Jesu fili David, Miserere mei, *Marc.* x. 47.
Jesu, fili David,
fili David.
Domine, dic mihi, Epphatha, *Marc.* vii. 34.
Domine, hominem non habeo. *Joan.* v. 7.
Domine, dic mihi, Dimissus es ab infirmitate tua. *Luc.* xiii. 12.
Dic animæ meæ, Salus tua ego sum. *Psal.* xxxv. 3.
Dic mihi, Sufficit tibi gratia mea. [2 *Cor.* xii. 9.]
Usquequo, Domine, irasceris in finem?
accendetur, velut ignis, zelus tuus?
Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum;
cito anticipent nos
misericordiæ tuæ, Domine,
quia pauperes facti sumus nimis.
Adjuva nos Deus, Salutaris noster,
propter gloriam nominis tui
Domine, libera nos,
Et propitius esto peccatis nostris
propter nomen tuum. *Psal.* lxxix. 5. 8. 9.

Omnes	Culpas,	Debita,
	Defectus,	Peccata,
	Lapsus,	Delicta,
	Offensas,	Ignorantias,
	Prolapsiones,	Iniquitates,

προσκόμματα, ἀσεβήματα,
παραβάσεις, ἀδικήματα,
ἀλισγήματα.

Τὸ ὑπεύθυνον,

χάρισαι, συγχώρησον,
ἄφες, συγγνῶθι,
ἵλεως ἴσθι, φεῖσαι,
μὴ λογίσῃς, μὴ στήσῃς.
μὴ μνησθῇς,

Τὸ ῥυπαρὸν,

πάρες, ὑπέρβαινε,
παρόρα, ὑπερόρα,
κάλυψον, ἀπόλυσαι,
ἐξάλειψον, καθάρισον.

Τὸ σύντριμμα,

ἄνες, ἴασαι, σῶσον ἀπὸ,
αἶρε, ἀνένεγκε, περίελε,
κατάργησον, ἀθέτησον, διασκέδασον.

Μὴ εὑρηθῶσι. Μὴ ὑπάρξωσι.

Ἐπιχορηγῆσαι

ἐν τῇ {
πίστει ἀρετὴν,
ἀρετῇ γνῶσιν,
γνώσει ἐγκράτειαν,
ἐγκρατείᾳ ὑπομονὴν,
ὑπομονῇ εὐσέβειαν,
εὐσεβείᾳ φιλαδελφίαν,
φιλαδελφίᾳ ἀγάπην.
}

Καὶ μὴ λαβόντα με λήθην τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι ἁμαρτιῶν, σπουδάσαι βεβαίαν ἐμοῦ τὴν κλῆσιν καὶ τὴν ἐκλογὴν ποιῆσαι δι' ἔργων ἀγαθῶν·

Offendicula,	Impietates,
Transgressiones,	Injustitias,
	Pollutiones.

Reatus,

Gratiam fac,	Veniam da,
Dimitte,	Ignosce,
Propitius esto,	Parce,
Ne imputes,	Ne statuas,
	Ne memineris.

Macula,

Transi,	Præteri,
Ne respice,	Dissimula,
Tege,	Ablue,
Dele,	Purga.

Languor,

Remitte,	Medere,	Sana,
Tolle,	Aufer,	Transfer,
Abole,	Abroga,	Dissipa.

Ne inveniantur. Ne sint.

Ministrare

In	Fide	Virtutem,
	Virtute	Scientiam,
	Scientia	Abstinentiam,
	Abstinentia	Patientiam,
	Patientia	Pietatem,
	Pietate	Amorem fraternitatis,
	Amore fraternitatis	Charitatem.

Neque oblivionem accipere purgationis veterum meorum delictorum, sed satagere per bona opera certam meam vocationem, et electionem facere. 2 *Pet.* i. 5. [7. 9. 10.]

ΠΙΣΤΕΥΩ εἴς σε τὸν Πατέρα,
Ἰδοὺ δὴ, ἐὰν Πατὴρ σὺ, καὶ ἡμεῖς υἱοὶ,
καθὼς οἰκτείρει ὁ Πατὴρ υἱοὺς,
εὐσπλάγχνιζε σὺ περὶ ἡμῶν, Κύριε.
Πιστεύω εἴς σε τὸν Κύριον,
Ἰδοὺ δὴ, ἐὰν Κύριος σὺ, καὶ ἡμεῖς δοῦλοι,
οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν εἴς σε τὸν Κύριον ἡμῶν,
ἕως οὗ οἰκτειρῆσαί σε ἡμᾶς.
Πιστεύω ὅτι ἐὰν ἡμεῖς οὔθ' υἱοὶ, οὔτε δοῦλοι,
ἀλλὰ κυνάρια μόνον,
ἐξῆν ἡμῖν ἐσθίειν ἐκ τῶν ψιχίων πιπτόντων ἀπὸ τῆς
τραπέζης σου.
Πιστεύω, ὅτι ὁ Χριστὸς ἀμνός ἐστι τοῦ Θεοῦ,
ἀμνὲ Θεοῦ ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου,
αἶρε καὶ τὰς ἐμοῦ.
Πιστεύω, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἦλθεν εἰς
τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι·
ὃς ἦλθες σῶσαι τοὺς ἁμαρτωλοὺς,
κἀμὲ σῶσον τῶν ἁμαρτωλῶν
πρώτιστον καὶ μέγιστον.
Πιστεύω, ὅτι ἦλθεν ὁ Χριστὸς σῶσαι τὸ ἀπολωλός·
ὃς ἦλθες σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς,
μήποτ' ἐᾷς, Κύριε, ἀπολέσθαι ὃ ἔσωσας.
Πιστεύω, ὅτι τὸ Πνεῦμα ζωῆς Κύριος καὶ δωτήρ·
ὃς ἔδως μοι ψυχὴν ζῶσαν,
Δὸς τὸ μὴ λαβεῖν ἐπὶ τῷ ματαίῳ
τὴν ψυχήν μου.
Πιστεύω, ὅτι τὸ Πνεῦμα ἐν τοῖς ἁγιάσμασιν αὐτοῦ
χάριν μεταδίδωσι,
Δὸς ἐμοὶ μὴ εἰς κένον τὴν χάριν

CREDO in te Patrem,
Ecce! siquidem tu Pater, et nos filii,
Quomodo miseretur pater filiorum,
miserere et tu nobis, Domine. *Psal.* ciii. 13.
Credo in te Dominum,
Ecce! siquidem tu Dominus et nos servi,
Oculi nostri ad te Dominum nostrum,
donec misereare nostri. *Psal.* cxxiii. 2.
Credo, quod etsi nos neque filii, neque servi,
sed catelli tantum,
Utique liceret nobis comedere de micis cadentibus
de mensa tua. *Marc.* vii. 28.
Credo, quod Christus sit Agnus Dei:
Agne Dei, qui tollis peccata mundi, *Joan.* i. 29.
tollas et mea.
Credo, quod Jesus Christus venit in mundum
peccatores salvos facere: 1 *Tim.* i. 15.
Qui venisti salvos facere peccatores,
et me salvum fac, peccatorum
primum et summum.
Credo, quod venit Christus redimere perditum:
Qui venisti redimere perditum, *Matt.* xviii. 11.
Ne sinas perdi per te redemptum.
Credo, quod Spiritus vitæ Dominus et dator: *Symb. Nicen.*
Qui mihi dedisti animam viventem, [*Gen.* ii. 7.]
Da ne incassum accipiam
animam meam.
Credo, quod Spiritus in Sacramentis Ipsius
gratiam impertit:
Da mihi ne in vacuum gratiam Ipsius

αὐτῶν δέξασθαι, μήτε ἐλπίδα τῶν
ἁγιασμάτων αὐτοῦ.
Πιστεύω, ὅτι τὸ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν
στεναγμοῖς ἀνεκλαλήτοις.
Ὑπερεντεύξεως αὐτοῦ καὶ ἐκείνων
τῶν στεναγμῶν
δὸς μετέχειν με, Κύριε.
Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν,
ἤλπισαν, καὶ σὺ ἐρρύσω αὐτούς.
Πρὸς σὲ ἐκέκραξαν καὶ ἐσώθησαν,
ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, καὶ
οὐ κατῃσχύνθησαν·
Ὡς τοὺς ἐν πάλαι γενεαῖς πατέρας ἡμῶν,
οὕτω καὶ ἡμᾶς ῥῦσαι, Κύριε,
ἐλπίζοντας ἐπὶ σοί.

ἘΠΟΥΡΑΝΙΕ Βασιλεῦ,
τοὺς πιστοὺς βασιλεῖς ἡμῶν στερέωσον,
τὴν πίστιν στήριξον,
τὰ ἔθνη πράϋνον,
τὸν κόσμον εἰρήνευσον,
τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην
καλῶς διαφύλαξον.
Καὶ ἡμᾶς ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει
καὶ μετανοίᾳ παράλαβε,
ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Ποιμανάτω με ἡ δύναμις τοῦ Πατέρος,
Φωτισάτω ἡ σοφία τοῦ Υἱοῦ,
Ζωοποιείτω ἡ ἐνέργεια τοῦ Πνεύματος.

recipiam, neque spem 2 *Cor.* vi. 1.
Sacramentorum Ipsius.
Credo, quod Ipse Spiritus postulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus: *Rom.* viii. 26.
Postulationis Ipsius et istorum
gemituum inenarrabilium
fac me participem, Domine.
In te speraverunt patres nostri,
Speraverunt, et liberasti eos.
Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt,
in te speraverunt, et
non sunt confusi. *Psal.* xxii. 4, 5.
Ut in priscis sæculis patres nostros,
ita et nos libera, Domine,
qui in te speramus.

Cœlestis Rex,
Fideles reges nostros confirma,
Fidem stabili,
11. Inde rediturum,
Ut recipiat nos.

12. Judicem fore
Ad consummationem omnium.

3. In Spiritum Sanctum,
Et in Eo
Potentiam ex alto sanctificantem,
Et vivificantem ad immortalitatem,
Extrinsecus et invisibiliter, sed
Efficaciter et manifeste in
Nos operantem,
Illuminatione justitiæ,
Infusione gratiæ,
In Reprehensione,
Doctrina,
Tolerantia,
Subventione,
Contestatione;
Charismata,
Fructus,
hujus Spiritus.

4. Sanctam Catholicam Ecclesiam,
Corpus mysticum capitis Christi,
Eorum quos Spiritus vocat
Ex toto mundo,
Ad fidem veritatis divinæ,
Ad sanctitatem conversationis,
Membrorum hujus corporis omnium

reciprocam participationem,
Ad
Communionem sanctorum, et
Remissionem peccatorum,
in præsente,
Ad spem
Resurrectionis et translationis
ad vitam æternam.

Credo, Domine; supple defectus fidei meæ;
Ut Te
Patrem diligam,
Omnipotentem reverear;
Tibi, ut Creatori fideli, commendem
animam meam. 1 *Pet.* iv. [19.]
Ut Verbo Tuo et Filio unico
Indesinenter memoria gratias agam,
Ut mundatori naturæ nostræ,
in { conceptione et
nativitate;
Ut liberatori personarum, in
Passionibus,
Cruce,
Morte;
Ut triumphatori
de inferno, in descensu;
de morte, in resurrectione;
Ut præcursori nostro,
in ascensione;
Advocato nostro,

in sessione;
Instauratori fidei nostræ,
in adventu secundo.
Ut Ipse Christus formetur in nobis,
ut fiamus conformes
Imagini Ejus in operibus,
Conceptioni Ejus in fide,
Nativitati Ejus in humilitate;
Pro passionibus Ejus
Sympathiam habere cum Eo,
tanquam pro nobis patientem;
Pati propter Eum quando
beneplacitum est Ei.
Antipathiam cum peccato habere,
tanquam harum passionum causam.
Ulcisci,
Crucifigere,
Mortificare,
Sepelire
peccatum in nobis.
Conformes fieri nos
Descensioni Ejus in infernum,
Crebra meditatione in infernum descendentes;
Resurrectioni, ad vitæ novitatem resurgentes;
Ascensioni, sapientes, et quærentes ea quæ sursum sunt, et viciniora saluti;
Judicio, nosmetipsos dijudi-

cantes, ne cum mundo
condemnemur.
Cum frigidi sumus in oratione,
et indigemus gratiæ alicujus
et consolationis cœlestis,
Meminisse
Cathedræ,
Apparitionis,
Intercessionis
Tuæ.
Cum fœcundi simus in affectu,
Et concupiscentia mala,
Nunquam oblivisci tremendi Tui
Et horrendi tribunalis, et
indesinenter auribus nostris
insonare sonum tubæ ultimæ.
Ut propter Christum Tuum, a Te
Patre unigenitum,
Accipiamus
Unctionem Tuam,
Gratiam salutiferam
Spiritus Sancti,
Ineffabile donum Tuum,
In salutari compunctione,
Liquida scientia,
Fervida oratione,
Diffusione charitatis.
Ne Spiritum exstinguam unquam,
Neque obnitar Ei,
Contrister Ipsum

Contumeliis unquam
Afficiam.
Ut in Ecclesia Tua simus vocati
Catholica, partes quædam
Viventes, voto et voluntate;
Sanctæ communionis simus participes,
Sanctarum personarum,
Actionum,
Precum,
Liturgiarum,
Ad fidem remissionis peccatorum,
Ad spem { Resurrectionis, / Translationis, } ad vitam æternam.

Domine, adauge mihi fidem,
ut granum sinapis;
non mortuam,
temporariam,
hypocriticam,
destruentem Legem;
Sed fidem
per charitatem operantem,
operibus cooperantem,
subministratorem virtutis,
viventem,
mundam,
sanctissimam.
Amen.

CONFESSIO PECCATORUM.

Confiteor Tibi, Domine,
Quod conceptus sum in immundo semine, *Job.* xiv. 14.
calefactus in iniquitate
in utero matris, *Psal.* li. 6.
Radix amaritudinis, *Deut.* xxix. 18.
Labrusca Sodomæ, *Deut.* xxxii. 32.
Germen viperæ, *Matt.* iii. 7.
Surculus oleastri, *Rom.* xi. 24.
Filius iræ, *Eph.* ii. 3.
Vas perditionis, [*Rom.* ix. 22.]
Rebelle cor, instar arcus dolosi, [*Hos.* vii. 16.]
Os quasi sepulchrum patens, [*Ps.* v. 11.]
Ebulliens stultitias, [*Prov.* xv. 2.]
Polluta labia habens, [*Is.* vi. 5.]
Linguam universitatem iniquitatis, [*Jac.* iii. 6.]
Oculos nequam, pronos ad libidines, [*Ecclus.* xxxi. 13.]
Aures incircumcisas instar surdæ aspidis, [*Jer.* vi. 10.]
Frontem meretriciam instar æris, [*Jer.* iii. 3.]
Cervicem duram instar nervi ferrei, [*Is.* xlviii. 4.]
Manus remissas ad bonum, [*Heb.* xii. 12.]
Pedes veloces ad malum. [*Prov.* vi. 18.]
Quidquid egi
Vel aranearum tela est, [*Is.* lix. 5.]
Vel ovum basilisci. [*Ibid.*]

Peccavi, Domine,
Tibi, Domine, Tibi,
In oculis Tuis non reveritus
conspectum Tuum,
Ego natura putredo et vermis,
vilis pulvisculus,
Peccato, mancipium Satanæ;
Vitio, inferno vilior.

Peccavi
Peccata
numero multa, stillæ
supra capillos capitis. *Psal.* xl. 12.
Specie multiplicia,
Multiplicia locis, super omnem campum viridem,
subter omnem arborem frondosam,
Multoties, iterata multis vicibus,
Quas fons aquas,
Sic cor peccata; *Jer.* vi. 7.
Donec in habitum
coccinea, *Is.* i. 18.
venundata; 1 *Reg.* xxi. 25. *Rom.* vii. 14.
Donec in naturam
Pardi maculæ,
Æthiopis pellis; *Jer.* xiii. 23.
Donec ipse non peccator,
sed peccatum. *Mich.* i. 5.

Peccavi
Peccata
Is. lii. 8. Lata,

Jer. xxx. 14. Dura,
15. Quantitate magna,
Psal. xxv. 11. Longa, ab uberibus matris;
Is. v. 18. Crassa, funes iniquitatis;
Hos. ix. 9. Profunda,
Psal. xxxv. 4. Gravia instar { oneris. / plumbi.

Ad cœlum ipsum clamore
suo pertingentia.

Peccavi
Peccata
Qualitate pessima,
Quia gratis, propter vana, *Rom.* vi. 21.
pro pugillo hordei, pauxillo panis; *Ezech.* xiii. 19.
Quia cum aviditate, *Eph.* iv. 19.
peccatum super peccatum; [*Is.* xxx. 1.]
Quia dura fronte; *Jer.* iii. 3.
Quia in scandalum; *Matt.* xiii. 7.
Quia ingratus, *Rom.* i. 21.
Canis ad vomitum,
Sus ad volutabrum; 2 *Pet.* ii. 22.
Quia Christianus. *Gal.* ii. 21.

Inde autem, quia
Justus es Tu, et vera
Judicia Tua,
Comedo fructus mendacii.
Rom. vi. 21. Nam quem fructum jam habeo in
iis de quibus erubesco?
[*Jer.* ii. 13.] Cisternas vacuas, aquam non habentes.

Psal. xl. 9. Defecerunt in vanitate dies mei, et anni in anxietate cordis.

[*Rom.* i. 28.] Tradidisti me in desideria cordis mei, ut ea facerem quæ non convenirent.

[*Ps.* xxxviii. 3.] Et jam non est sanitas in carne mea a facie iræ Tuæ, nec pax ossibus meis a facie peccati mei.

[*Ps.* xliv. 15.] Adde huic confusionem faciei quæ mihi, ob oculos versatur, et ignominia quæ vultum obtegit.

[*Ps.* cxix. 120.] Porro cor meum fluctuans, et tremorem carnis ab æternis judiciis Tuis;

[*Jer.* ii. 19.] Denique amaritudinem supra mortem amaram, dereliquisse Deum, et derelictum esse apud Eum.

Væ mihi desertori ut
haec facerem.

Vide, Domine, quam vilis factus sum,
et jam abominatur anima
mea vitam meam. [*Job.* x. 1.]

Obrigui præ magnitudine
doloris.

Is. xxxiii. 15. Et quid dicam jam? aut in quo aperiam os meum? quid respondebo, cum ipse hæc fecerim?

Ad quem Sanctorum confugiam? [*Job.* v. 1.]

Miser et infelix homo,
quis me liberabit de corpore
mortis hujus? [*Rom.* vii. 24]

Cum non habeo ultra quod
agam dicamve, hoc solum restat,

ut oculos meos ad Te
dirigam.
Indignus qui dirigam, sed
dirigam tamen.
Psal. cxxx. 2. De profundis clamavi ad Te, Domine;
Domine, exaudi vocem meam.
Si iniquitates observaveris,
Domine, Domine, quis sustinebit?
Ne intres in judicium cum servo
Tuo, quoniam in conspectu Tuo non
justificabitur omnis vivens.
Provoco igitur, Domine, a Te
ad Te,
A Te justo,
Ad Te misericordem,
A solio justitiæ,
Ad thronum gratiæ,
A Te judice,
Ad Te in Christo Patrem.
Admitte, Domine, placidam provocationem hanc
Ni admiseris, perimus.
Et, Domine, ad Te non pertinet, si
perimus? [*Marc.* iv. 28.]
1 *Tim.* ii. 4. Qui omnes vis salvos,
2 *Pet.* iii. 9. Qui neminem vis perire.

1. Certe, Domine, Tuus sum,
Psal. cxix. 94. quare serva me.
cxxxviii. 10. Opus manuum Tuarum, ne, quæso,
Sap. xi. 25. despexeris.

Psal. cxvi. 16. Servus Tuus, filius ancillæ Tuæ,
Matt. xviii. 27. Servus, dissipator,
at servus.
Filius Tuus, nempe pretium
Sanguinis Filii Tui, ut
adoptionem reciperem, [*Gal.* iv. 5.]
Etsi ego amisi ingenuitatem
filii, at Tu non pietatem Patris.
Luc. xv. 17. Etsi nequam, prodigus filius,
at filius tamen.
Dan. ix. 19. Nomen Tuum invocatum est super me.
Heb. xi. 16. Tu non es confusus appellari
Deus noster.
Christiani sumus,
Empti enim Christo Tuo,
Ab eo denominamur.
Parce operi Tuo,
Parce nomini Tuo,
Parce pretio sanguinis Tui,
Si non parces nobis.

2. Sed peccator sum,
Jo. ix. 30. Et peccatores non audit Deus:
Psal. lxxxix. [46.] Memorare, quæso, tamen, quæ mea substantia;
lxviii. 39. Recordare, quod caro, et quod ventus qui transit, nec revertitur.
ciii. 14. Agnosce figmentum nostrum, ex quo conflati sumus; Recordare quod tantum pulvis sumus.

Pulvis,		fragilis,
Ventus,		levis,
Caro,		dissolutus.

Job. xiii. 25. Et Tu, Domine, non prosequeris stipulam.

1 *Sam.* xxiv. 15. An insectaberis pulicem?

3. Creatura Tua,
Et jam miser,
Etiam supplex ultro.
Parce supplici.

2 *Sam.* xix. 19. David pepercit Shemei maledicto,
[1 *Sam.* xiii. 14.] Et David vir secundum cor Tuum,
Tu igitur parce.

[1 *Reg.* xx. 31.] Ecce audivimus, quod reges Israel clementes sunt; ponamus ergo saccos in lumbis, et funes in capitibus nostris, et egrediamur in occursum, dicamus, Vivat, oro, anima mea;
Forsitan salvabit animos nostras.
Num ullus Rex Israel
Te clementior?

1 *Reg.* xxi. 29. Quia Tu, Domine, Achabo pepercisti, qui se dederat peccato, cum se humiliaret,
Parce et mihi, quæso.

Psal. lxxx. 4. Quamdiu irasceris populo Tuo?
Supplicanti, preces offerenti?

Job. xxx. 33. Certe, Domine, non abscondo
peccatum, sicut Adam,

Psal. cxli. 4. Non excuso excusationes in peccato.

Ultro fateor,
Peccavi, iniquitatem feci,
Inique egi, rebellis fui,
1 *Cor.* xi. 30. Sed dijudico ipse me,
Recogito,
Pronuntio,
2 *Cor.* vii. 10. Vindico ipse in me.
Parce, Domine,
Suscipe sacrificium
[*Psal.* li. 17.] Spiritus contribulati,
Cordis contriti,
Animæ conturbatæ,
Renum vulneratorum,
Conscientiæ sauciæ.

4. In Te peccavi,
Atqui, Domine, aliquorum miseraberis.

Ps. lxxxix. [46.] Nunquid in vanum constituisti hic filios hominum?

Num. xiv. 15. An exprobabit Tibi inimicus, quod creasti nos occidi, aut, quia odisti, creasti, ut perderes et deleres; aut quia servare non potes?

Psal. lxxiv. 23. Memor esto hujus, Inimicus improperavit Domino, et populus insipiens incitavit nomen Tuum.

Rom. iii. 23. Ubique omnes peccaverunt, et posthabuerunt gloriam Dei.

Job. ix. 3. Si volueris judicio contendere, non poterit vel justissimus respondere Tibi unum pro millibus.

Job. xxv. 3. Nec infans unius diei, nec stellæ ipsæ mundæ sunt in conspectu Tuo, et in angelis Tuis respexisti insipientiam.

Psal. cxxx. 3. Si iniquitates observare volueris, nemo sustinebit;

Si in judicium intrare, nemo inde abscedet justificatus.

Jos. vii. 9. Et quid fiet Nomini Tuo illi magno?

Quid divitiis illis misericordiæ Tuæ,

Gal. ii. 21. Quid sanguini Filii Tui?

An gratis morietur?

Certe peribit sæculum, nisi multiplicaveris misericordiam erga nos.

Absit.

[*Rom.* xi. 32.] Certe conclusisti omnes sub peccato,

Ut omnium misereri posses.

Omnium { Qui agnoscere peccata sua,
Qui miseriam inde promeruerunt,

Qui redire ad Te toto corde cupiunt.

Hos omnes dilectos fecisti in
Dilecto Tuo;

Nec peccatores pusillos,

Sed { Manassem in veteri,
Paulum in novo,

Ut in illis ostenderes excellentiam miserationis Tuæ; ut aperires portam spei
Peccatorum primis.

5. Quare parce mihi in gratiam
redire cupienti.

Psal. xxx. 11. Quæ enim utilitas in sanguine meo, si descendero in infernum?

vi. 5. Numquis in mortuis confitebitur Tibi? aut in inferno erit, qui memor sit Tui?

lxxxviii. 13. Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia Tua, aut justitia Tua in terra oblivionis?

Is. xxxviii. 18. Certe Infernus non confitebitur Tibi, neque Mors laudabit Te, non exspectabunt qui descendunt in lacum veritatem Tuam; Vivens, vivens, ipse confitebitur Tibi, sicut ego hodie.

Psal. cxviii. 17. Non moriar, quin vivam, et
narrabo opera Domini.

6. Quin si bene Te novi, Domine, et
Indolem Tuam,
Bonus es, bonis et bene meritis,
gratiosus, peregrinis et immerentibus,
misericors malis, et male merentibus.
In ultimo hoc insisto.

Is. xliii. 24. Cum propter neminem potes,
Cum propter nihil, propter
Temetipsum dimittis peccata,
Adeo facilis ad veniam.

7. David vero propheta sic ausus est precari,

Psal. cxix. 29. Miserere mihi de lege Tua; quasi lex ipsa Te mitem prædicet.
Et vere sic es;
Lex Tua ex Tuo Ipsius ore sic sonat.

Exod. xxxiv. [6, 7.] Dominator Dominus Deus misericors, et clemens, patiens in multa miseratione,

qui custodit misericordiam in millia, qui aufert iniquitatem et scelera.

Num. xiv. 7. Perque hanc ipsam vocem Tuam adjuravit Te postea Moses, ut ignosceres populo.

8. Audent vero Esaias et Abacuc,
propter hoc Tuum, misereri opus Tuum appellare:
Ac si punire et plectere opus alienum foret,
et abhorrens ab indole Tua.

9. Neque vero lex et prophetæ tantum,
natura ipsa hoc persuasit Jobo, ductu Spiritus Tui.

Job. xxxiii. 23. Si fuerit cum eo Angelus loquens,
unus de millibus, ut annuntiet homini
Justitiam Tuam,
Miserebitur ejus, et dicet, Libera eum,
ne descendat in corruptionem;
Inveni enim, in quo ei propitier.
Tum deprecabitur Deum, et
placabilis erit.

Psal. xxxiv. 6. Gustate et videte quam suavis est
Dominus:

1 *Pet.* ii. 3. Beatus vir qui sperat in Eo.

MISERICORDIA EJUS.

Psal. cix. 20. Suavis,
lxix. 17. Dulcis,
lxiii. 4. Melior vita.

MISERICORDIA DEI.

Psal. v. 7.	Multæ,
li. 1.	Multiplices,
1 *Pet.* iv. 10.	Copiosæ,
Psal. cxix. 156.	Magnæ,
ciii. 12.	{ Latæ, Ortus et occasus,
xlii. 7.	Profundæ, abyssus.
xxxvi. 5. cviii. 4.	} Altæ { ad cœlos, super cœlos.
xxv. 6. ciii. 17. xiii. 6.	} Æternæ { Ante, Post.
cxlv. 9.	Miserationes Ejus super omnia opera Ejus.
Rom. v. 20.	Super peccatum nostrum,
Jac. ii. 13.	Super justitiam Ejus.
Syr. ii. 18.	Secundum magnitudinem illius, sic est misericordia Ipsius cum Ipso.
Psal. lxxi. 13.	Salus infinita, nescio enim terminum ipsius.

PATER MISERICORDIARUM.

1 *Cor.* i. 3.	Naturalis Illi.
Psal. lix. 18.	Misericordia ipsa dicitur Deus.
August.	O nomen, sub quo nemini desperandum.
Chrysos.	Grande est barathrum peccatorum meorum, sed major est abyssus misericordiæ Dei.

1. Qualis vero in specie,

Patiens,
Longanimis,
Tardus ad iram,
Diu se continens,

Sap. xi. 23. Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam.

Psal. [xcv. 10.] Perferens quadraginta totos annos

lxxviii. 38. Ipse autem erat misericors, et propitius erat, cito pacatus, ne disperderet eos.

Quam sæpenumero adjecit, ut inhiberet iram, nec passus est omnem indignationem suam accendi.

[*Luc.* xix. 42.] O si cognoscas et tu.

[*Thren.* iii. 22.] Hæc est illa misericordia Dei, quod non omnes absumamur.

2. Lenis in ipsa castigatione,
adeo ut nec judicium Ejus sit
Expers misericordiæ.

Pœna misericordiæ pars,

Psal. lxxxix. 32. Castigo in virgis peccata eorum,
Misericordiam Meam non auferam ab ipso.

ciii. 10. Ne secundum peccata nostra fiat nobis, nec secundum iniquitates nostras retribuet nobis.

Pro peccato magno paululum
supplicii satis est patri.

Hos. xi. 8. Quomodo percutiam te, Ephraim?

3. Placabilitas. Quia faciliter.

Psal. ciii. 9. Placatur, nec in perpetuum irascetur, nec in æternum increpabit.

Psal. xxx. 5. Momentum est ira Ejus.

Is. liv. 8. Ad punctum in modico reliqui te, in miserationibus magnis congregabo te.

Abac. iii. 2. In ipsa ira recordatur misericordiæ, et facile et exigue.

Psal. xciv. 18. Si dicebam motus est pes meus, misericordia Tua, Domine, sublevabit me.

[xxxii. 5.] Dixi, Confitebor adversum me injustitiam meam Domino, et Tu remisisti iniquitatem peccati mei.

Quasi nihil est nobis, propter memetipsum dixit Deus.

2 *Sam.* xii. 13. Dixit David, Peccavi, Domine.

Respondit Nathan, Dominus quoque transtulit peccatum tuum, ne morieris.

Joel. ii. 13. Dominus misericors, benignus, patiens, multæ misericordiæ, præstabilis super malitia.

Is. xxx. 18. Exspectat Deus, ut misereatur nostri.

4. Compassio. Etsi enim merito,
tamen condolet calamitati nostræ.

Luc. i. 78. Dicuntur viscera tenera suæ misericordiæ.

Jer. v. 11. Qua specie Deus est misericors
et miserator.

Psal. cvi. 47. Attamen cum videret miseriam eorum, compassus est eis.

Qui non solum peccatores audit, sed et die tribulationis eos qui in tempore pacis spreverunt Eum.

Quod si vel tum quæratur, cum sub cruce sumus, tum etiam non amovet preces nostras a Se, nec misericordiam suam a nobis.

5. Venia non modo,
sed et profusa.

2 *Sam.* xiii. 10. Ut David sua sponte reduxit
xiv. 24. Absalon, sed primo ne videret faciem, tandem admisit ad osculum.

Luc. xv. 22. Ut pater filio nequam redeunte non modo ignovit, sed et stolam primam et annulum, et vitulum saginatum præparavit.

xv. 7. Gaudium et triumphum esse vult in cœlis super peccatorem pœnitentiam agentem.

Neque minuta modo errata,
Sed et gravia scelera.

Jer. iii. 1. Vulgo dicitis, Si dimiserit vir uxorem suam, et recedens ab eo duxerit virum alterum, numquid polluta et contaminata erit mulier illa? Nunquam revertetur ad eum ultra? Tu autem fornicata cum amatoribus multis, tamen revertere ad Me, dicit Dominus.

Act. iii. 15, 19. Qua et discipulis deserentibus, Petro abjuranti, latroni blasphemanti, et Judæis crucifigentibus, indulsit.

Luc. vi. 35. Benignus est super ingratos et malos.

6. Neque veniam modo, sed
et gratiam

Psal. lxxviii. 8. Prævenientem,
xxiii. 6. Subsequentem,
xxxii. 16. Circumdantem,
Ex omni parte.

7. Quicquid vero opellæ (præstante nobis gratia illa) nos egerimus, remunerat abunde.

Psal. ciii. 4. Coronat nos in misericordia et miserationibus.

lxii. 10. Misericors est, nam et secundum et supra bona opera retribuit nobis.

[*Matt.* x. 42.] Nec calicem aquæ frigidæ patitur inremuneratum.

8. Nec vero natura misericors modo, sed et praxi.

Psal. xxv. 6. Misereri didicit, ejusque praxin habuit a sæculo.

1. Recte ergo appellamus eum.

xxii. 4. Patres nostri speraverunt in Te, confisi sunt in misericordia Tua, nec sunt confusi.

lxxvii. 5. An jam oblitus est Deus misereri? et continebit intra Se misericordias Tuas?

Non est fons siccatus, [*Hos.* xiii. 15.]
manus abbreviata, [*Is.* lix. 1.]
auris aggravata. [*Ibid.*]

lxxxix. 48. Ubi sunt misericordiæ Tuæ antiquæ?

1. Misericordias Dei in æternum cantabo.

4. Dixi, In æternum stabilietur misericordia Tua.

9. Nec praxi modo misericors est, sed et promissione.

Psal. cxix. 49. Sic David affatur, Memor esto verbi Tui

servo Tuo, in quo mihi spem dedisti, Ipseque fecisti, ut fiduciam ponerem.

Rom. iii. 3. Quid enim, si quidam illorum perfide egerunt? nunquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit?

Gen. xxvii. 33. Si non Isaac mutare verbum suum,
Dan. vi. 8. Si non Persa, Ethnicus,
Jo. xix. 22. Si non profanus Pilatus,
Certe Deus nunquam.

Gen. xxxii. 26. Non dimittam Te nisi benedixeris mihi.

[*Matt.* xv. 27.] Etiam catuli, Domine, edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.

10. Sed hæc omnia recapitulantur in Christo.

2 *Pet.* i. 4. In quo maxima nobis et pretiosa pro-
2 *Cor.* i. 19. missa donavit, et in quo omnes promissiones Dei sunt Etiam et Amen.

Quem nominasse sat erat.

Matt. xv. 22. Jesu, Fili David, miserere mei.

Matt. i. 21. Jesu, hoc Illi nomen, quia servat nos a peccatis nostris.

August. Domine, nolito attendere peccatum meum, ut propterea obliviscaris nomen Tuum.

Fili David, qui remisit Shemeo blasphemanti, et jurato hosti suo,
Et Tu, Domine, remitte;
Christe, audi nos;
Christe, intercede nobiscum;
Christe, intercede pro nobis.

Expia peccata nostra,

Redde Patrem nobis propitium,
Da nobis quod Ipse es,
Dic animæ meæ, Salus tua sum.

Nec frustra dixerat Apostolus Tuus,

1 *Tim.* i. 15. Fidelis sermo et omni acceptatione dignus; Quod Jesus Christus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum ego primus.

Rom. v. 20. Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia.

xi. 32. Conclusit Deus omnes sub peccato, ut omnium misereatur.

v. 10. Commendat in hoc Deus charitatem suam erga nos, quia cum interim peccatores, imo inimici Ejus essemus, Christus pro nobis mortuus est.

Nec frustra alter Apostolus,

1 *Pet.* iii. 18. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo.

Jac. ii. 13. Superavit misericordia judicium.

Nec frustra quartus,

1 *Jo.* ii. 2. Si quis peccaverit, Advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum; et Ipse est propitiatio pro peccatis nostris;

Non pro nostris autem tantum, sed pro peccatis totius mundi.

Nec frustra Ipse dixeris,

Matt. xi. 25. Venite ad Me, qui laboratis et onerati estis, et Ego reficiam vos.

Luc. v. 32. Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Non hæc frustra dicta sunt,
non possunt.

Psal. xciv. [19.] Quare in multitudine dolorum in corde meo, consolationes hæ Tuæ lætificaverunt animam meam.

[*Heb.* iv. 16.] Quare adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in tempore opportuno.

Dan. ix. 17. Nunc ergo, exaudi, Domine Deus noster, orationem servi Tui, et preces ejus, et ostende faciem Tuam.

[*Luc.* xviii. 13.] Domine, propitius esto mihi peccatori.

[*Ps.* cxliii. 7.] Velociter exaudi me, Domine, deficit enim spiritus meus.

GRATIARUM ACTIO.

Psal. cxlvii. 1. JUCUNDA decoraque laus.
Indignus ante,
Ne ingratus post.

Prov. xi. 25. Anima quæ benedixit, impinguabitur.

Deut. viii. 10. Cum comederis, et satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima quam dedit tibi.

Exod. xviii. 10. Benedictus Deus Jethronis.

xv. 2. Cantemus Domino Isaac et Israelitarum,
Deus meus es Tu.

Psal. cxviii. 28. Et confitebor Tibi,
Et exaltabo Te.

1 *Pet.* i. 3. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis.

Eph. i. 3. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo.

Luc. i. 68. Benedictus Dominus Deus Israel, qui visitavit et redemit populum suum.

2 *Cor.* i. 3. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus
4. totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Psal. cxi. 1. Confiteor Tibi, Domine, in toto corde meo, privatim cum justis, et in congregatione.

Psal. cxxxix. 13. Confiteor Tibi, quia admirabiliter creatus sum, mirabilia opera Tua, et anima mea cognoscit nimis.

14. Non est occultatum os meum a Te, quod fecisti in occulto, et substantia mea in inferioribus terrarum.

15. Imperfectum meum viderunt oculi Tui, et in libro Tuo scripta sunt omnia membra mea, cum nondum esset ullum ex eis.

Job. x. 8. Manus Tuæ plasmaverunt me totum in circuitu.

10. Sicut lac mulsisti me,
Et sicut caseum me coagulasti.

11. Pelle et carnibus vestisti me, ossibus et nervis compegisti me;

12. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio Tua custodivit spiritum meum.

Psal. xvi. 7. Benedicam Domino, qui tribuit mihi intellectum.

Gen. xxxii. 10. Domine, impar sum cunctis miserationibus Tuis, et veritate Tua, quam explevisti servo Tuo. In baculo transivi Jordanum istum, at nunc cum duabus turmis regredior.

Psal. lxvi. 8. Benedicite, gentes, Dominum nostrum,
9. et auditam facite vocem laudis Ejus, qui posuit animam meam ad vitam, et non dedit ad commotionem pedes meos.

xcii. 4. Quia delectasti me, Domine, in factura Tua, in operibus manuum Tuarum exsultabo.

Psal. ciii. 1. Benedic, anima mea, Domino, et omnia quæ intra me sunt Nomini sancto Ejus.

cxiii. 2. Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci retributiones Ejus.

3. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.

4. Qui redemit de interitu vitam tuam, qui coronat te misericordia et miserationibus.

5. Qui replet in bonis desiderium tuum, et renovatur, ut aquila, juventus tua.

xxx. 12. Convertisti planctum meum in gaudium: conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia.

13. Ut cantem gloriam Tuam, et non compungar.

Domine, Deus meus, in æternum confitebor Tibi.

lxxi. 18. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas. Et conversus vivificasti me, et de abysso terræ iterum reduxisti me.

19. Multiplicasti magnificentias Tuas, et conversus consolatus es me.

21. Exsultabunt labia mea, cum cantavero Tibi, et anima mea, quam redemisti.

22. Sed et lingua mea tota die meditabitur justitiam Tuam. Deus meus, quis similis est Tibi?

lxxii. 18. Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit mirabilia solus, et benedictum nomen

majestatis Ejus, et replebitur majestate Ejus omnis terra: fiat.

Psal. cxiii. 2. Sit Nomen Domini benedictum ex hoc et usque in sæculum.

Ezech. iii. 12. Benedicta gloria Domini de loco suo.

Apoc. iv. 9, 11. Gloria, honor, et benedictio,
et virtus,
et divinitas, et sapientia,
v. 12, 13. Et fortitudo, et potestas,
vii. 10. Et salus,
12. Et charitas, et gratiarum actio,
xix. 1. Et laus,
Sanctæ et individuæ
Trinitati,
in sæcula sæculorum. Amen.

Quod {
Sum,
Vivo,
Ratione præditus,
Civilis,
Christianus,
Liber, Ingenuus
Honesta stirpe ;
Mentis, }
Sensuum, } compos ;
Membrorum, }
Enutritus,
Libere educatus,
Literatus ;

Pro bonis {
naturæ,
fortunæ,
gratiæ;

Pro liberatione {
a periculo,
ab infamia,
ab inquietudine;

Pro {
sanitate,
statu competenti;

Pro {
Redemptione,
Regeneratione,
Catechismo,
Vocatione,
Patientia Tua,
Compunctione mea,
Spe veniæ,
Præventione,
Curatione,
Beneficiis quæ recepimus,
Si quid bene gerimus,
Consolatione præsenti,
Fiducia futura;

Pro {
Parentibus bonis et honestis,
Magistris,
Benefactoribus,
Amicis, germanis,
Eorum liberis,
Domesticis fidelibus;

Pro omnibus

Qui mihi { Scriptis,
Concionibus,
Colloquiis,
Precibus,
Exemplis,
Reprehensione,
Injuriis,

profuerunt;

Pro hisce omnibus,

omnibusque aliis,

cognitis, manifestis, quæ recordamur, } vel { incognitis, occultis, obliviscimur,

Confiteor Tibi et confitebor,

Benedico, Gratias ago, } et { benedicam, gratias agam,

Omnibus diebus

Vitæ meæ.

MATUTINÆ PRECES.

Psal. lxxiv. 6. DOMINE, Tuus est dies, et Tua est nox, Tu fabricatus es auroram et solem.

cxix. 81. Ordinatione Tua perseverat dies, nam omnia Tibi serviunt.

lv. 17. Vespere, mane, et meridie, orabo, idque instanter, et Tu, Domine, exaudies vocem orationis meæ.

v. 3. Ad Te, Domine, orabo, mane astabo Tibi, et exaudies vocem meam.

Benedictus es Tu, Domine, qui con-
[civ. 30.] vertis in mane tenebras, et renovas faciem terræ.

xci. 5. Qui liberasti nos a terrore nocturno, a
[6.] negotio perambulante in tenebris;

[xiii. 3.] Qui illuminasti oculos nostros, ne obdormiant in morte.

cxxxiv. 4. Qui transire fecisti somnum ab oculis nostris, et dormitationem a palpebris nostris.

Is. xliv. 22. Dele, Domine, ut nubem noctis iniquitates nostras, et quasi matutinam nebulam peccata nostra.

1 *Thess.* v. 5. Fac nos filios diei, et lucis.

[*Rom.* xiii. 13.] Da, ut caste ac sobrie ambulemus, sicut in die.

[*Te Deum.*] Dignare, Domine, nos hodie absque peccato custodire.

Psal. xci. 5. Serva nos a sagitta volante interdiu, ab incursu, et a dæmone meridiano.

[3.] Libera nos a manu venantium, et a verbo aspero, a malitia diei hujus.

[*Luc.* xix. 9.] Hodie sit salus et pax domui huic.

Psal. cxliii. 8. Auditam fac mihi misericordiam Tuam, quia in Te speravi.

9. Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad Te attollo animam meam.

10. Eripe me, Domine, de inimicis meis, ad Te enim confugio.

11. Instrue me facere, quæ placita sunt in conspectu Tuo, quia Deus meus es Tu.

12. Spiritus Tuus bonus deducat me in terram rectam.

xc. 16. Respice in servos Tuos, et in opera ipsorum, et sit gratia ac splendor Domini Dei nostri super nos.

Et opera manuum nostrarum dirige super nos; et opera manuum nostrarum dirige.

[cxli. 3.] Pone, Domine, custodiam ori meo, ostium circumstantiæ labiis meis.

Col. iv. 6. Sermo meus sit in gratia sale conspersus, ut sciam quomodo oporteat unicuique respondere.

[*Psal.* xix. 14.] Complaceant colloquia oris mei, et meditatio cordis in conspectu Tuo semper, Domine, Redemptor meus.

[cxxi. 8.] Dominus custodiat exitum et introitum nostrum ex hoc et in sæculum. Amen.

VESPERTINÆ PRECES.

Psal. cxxxiv. 3. In noctibus extollite manus vestras in sanctuario, et benedicite Domino.

lv. 17. Vespere, mane, et meridie, orabo, idque instanter, et Tu, Domine, exaudies vocem meam.

xlii. 10. In die mandavit Dominus misericordiam suam, ideo nocte apud me cantabam laudes Ejus, et oratio mea ad Deum vitæ meæ.

cxli. 2. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu Tuo; et elevatio manuum mearum, sicut sacrificium vespertinum.

Benedictus Tu, Domine,
Qui creasti vices diei, et
noctis, et das lassis requiem,
et languenti virtutem renovas.

Job. xxxv. Qui das carmina de nocte,
Psal. lxv. 8. Et facis ut exitus auroræ
et vesperis laudent Te.
xci. 5. Qui liberasti nos a sagitta
volante interdiu, ab incursu,
et a dæmone meridiano.
Is. xxxviii. 14. Qui non præcidisti, quasi textor,
vitam nostram, et de mane usque
vesperam non abstulisti nos.

Domine, sicut dies super dies,
peccata super peccata adjicimus.

Pro. xxiv. 16. Septies in die impingit justus,
nos vero (miseri peccatores)
septuaginta septies.
Hodie quoque suum [malum] habuit,
et suum merebi[tur.]
Sed revertimur ad Te, et omnia
ossa nostra dicunt, Pœnitet,
Nec occidat sol
super iram Tuam.
Domine, universa opera nostra bona
Tu operatus es in nobis.
Quicquid recte egimus,
Propitius respice.
Domine, peccatum et perditio
nostra ex nobis sunt.
Quicquid deliquimus,
Clementer ignosce,
Respice bonum,
Malum condona.
Benedictus es Tu, Domine,
Qui das dilectis Tuis somnum suavitatis,
et timentibus Te dormire fiducialiter.
Illumina oculos nostros, ne obdor-
miremus in morte.
Libera nos a terrore nocturno,
a negotio perambulante in tenebris.
Ecce non dormitabit neque dormiet,
Qui custodit Israel.
Dominus custodiat nos ab omni
malo, etiam custodiat
animas nostras Dominus.

Domine, ego dormiam, sed
Cor meum vigilabit.
Visita me, Domine, visitatione
sanctorum, et revela mihi
aurem in visionibus noctis.
Sit somnus meus, ut laboris,
sic peccati cessatio.
Ne quid vel per insomnia cogitem,
quod Te offendat, vel me polluat.
Da, Domine, recordari apud Te
noctem non esse noctem, et
tenebras esse instar lucis meridianæ.
Da, Domine, fugiente somno ab oculis meis,
nocte recordari nominis Tui,
ut custodiam legem Tuam.
Da meditari nocte cum corde,
et excruciari, et scrutari spiritum meum,
et increpationem renum non negligere,
Quid recte, quid rectius,
Quomodo Tibi magis acceptus,
Quomodo hominibus magis gratus;
Semitas meas, et lectum meum,
Te circumdare,
Te possidere Vias meas:
Lucerna ardente videre Te,
Lucerna exstincta videre Te.
Da, Domine, cogitare
Somnum longum,
Somnum mortis,
Lectum sepulchri,

Stramentum vermium,
Operimentum pulveris.
In pace in idipsum dormiam
et requiescam;
Quia Tu, Domine, singulariter
in spe constituisti me.
In manus Tuas, Domine,
Commendo spiritum
meum, quia Tu
redemisti me,
Domine Deus.

VARIÆ LECTIONES

ET

ADDENDA QUÆDAM

EX APOGRAPHO SAMUELIS WRIGHT,

APUD COLL. PEMB. CANT.

CONSERVATO.

Quatuor hæc imprimis observata volumus :—

i. Hoc apographum Græca tantum continet usque ad pag. 250 nostræ editionis, sine versione Latina, quam Editor ipse confecisse videtur.

ii. Nulli sunt tituli, præter Ὡσαννὰ ἐν ὑψίστοις, p. 208; Ὡσαννὰ ἐν ἐπιγείοις, p. 214. εἴσοδος, p. 10, *erratum* videtur.

iii. Græcis literis, α′, β′, γ′, (κ.τ.λ.) non Arabicis, notantur partes distinctæ.

iv. Dies sua quisque nota astronomica distinguitur.

Ea quæ in apographo a nostra editione differunt, in tres classes videntur distinguenda, quas literis A, B, C, indicavimus.

A. Variæ Lectiones quæ in textu ipso occurrunt, et idcirco pro veris sunt habendæ.

B. Intervalla sive spatia, quæ mentem auctoris sæpius indicant.

C. Variæ Lectiones quas Ricardus Drake in ora libri exaravit, eo fere animo ut loca e Sacris Scripturis citata ad textum receptum propius accederent.

A.

p. 6. lin. 15. dele Μνήσθητι.

20. pro *τοῦ ἁγίου φροντιστηρίου τούτου* lege *τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης*.

p. 6. lin. 22. pro δοξάζοντι lege δοξάσαντι.
p. 10. post lin. 2. Insere L.W.
p. 12. lin. 16. pro φροντιστήριον lege συνέδριον.
26. pro τῶν νῦν lege τῶν ταννῦν, et dele Βασιλικόν.
27, 28. dele ἐλεημοσύνης Βασιλικῆς.
29. pro Φροντιστήρια lege Συνέδρια.
30. col. ii. et p. 14. col. ii. ad lin. 6, post p. 14. lin. 11. col. i. legenda sunt, ad hunc modum.

· Ἀλληλούϊα · · μετὰ
. ˙ . διὰ
· · μὴ διαφθείρῃς
. ˙ . Ὡσαννὰ ἐν ὑψίστοις.
ἐπιγείοις.
· : · Δειλινὴ
˙.·˙. ἐπιλύχνιος.

Hæc omnia (a p. 10. lin. 3, ad p. 14. lin. 11. col. ii.) indicem quendam precum constituere videntur. Vide pp. 186, 190, 198, 208, 214, 220, et fortasse 234 vel 236.

p. 14. lin. 17. Κεφαλοκλισία et ἐντροπὴ in eadem linea.
p. 16. lin. 8. pro διάγειν lege παρὰ τοῦ Κυρίου εἰσελθεῖν αἰτησώμεθα.
14, 18, 21, 25, et p. 18. lin. 3, 9. pro Παράσχου, Κύριε, lege Παρὰ τοῦ &c., scil.
Παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα
Παράσχου, Κύριε. Sicut in Liturg. S. Chrysost. exhortatio diaconi et responsio populi habentur.
p. 18. lin. 21. post τῷ ἁμαρτώλῳ τῷ πάνυ adde τῶν ἁμαρτώλων πρώτῳ.
p. 26. lin. 26. ὁ Θεὸς non legitur in MS.
p. 30. lin. 19. in marg. ex opp. α΄.
22. β΄.
p. 32. lin. 27. post ἐποίησα linea ducta est, quasi spatium ad enumeranda peccata reservatum esset.
p. 34. lin. 27. pro τὰ ἔργα lege τὸ πλάσμα et dele punctum post παριδῇς, et in lin. 28. lege ὁμοίωμα puncto adjecto.
p. 38. lin. 3. in marg. ex opp. : אדאגן Heb. pro μεριμνῶ.
p. 42. lin. 4. sqq. pro αὐτοῖς lege αὐτῶν.

καὶ ἀποδοῦναι	τιμὴν τοῖς ἡγουμένοις	πείθεσθαι ὑπείκειν
	στοργὴν τοῖς ἰδίοις	ἐπιμελεῖν προνοεῖν.

p. 46. lin. 8, 9. σαρκὸς ἀνάστασιν καὶ ζωὴν αἰώνιον } ἐν τῷ μέλλοντι.

p. 50. lin. 18. pro προσδοκίας lege ἐλπίδος.

p. 52. lin. 16. post ἐκτήσω insere καὶ ἐσθήσω.

lin. ult. dele ἃ μέλλει ἀποθανεῖν.

p. 60. lin. 18, 19 male. τῶν ἐχθρῶν . . ἐμοῦ αὐτοῦ.

p. 62. lin. 16. col. ii. διψώντων.

21, 22. τῶν ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ καὶ ἀδυναμίᾳ ὄντων in primo στοίχῳ immediate post γερόντων scribenda sunt.

25. pro ἀπηλπισμένων, perperam legitur ἀπελπισμένων.

p. 70. lin. 12. col. ii. transfer παγετὸς, ὡς ψωμοὶ, ad calcem col. i. post πάχνη, ὡς τέφρα.

post lin. 19. insere Τοῦ Μωΰσεως litteris grandioribus.

p. 72. post lin. 5. insere Τοῦ Ἰώβ.
13. Τῆς Χαναναίας.
17. Τοῦ Μυριοταλάντου. } litt. grand.

p. 74. lin. 6—20, ἀπανάστησόν μου, κ. τ. λ. et lin. 21—p. 76. lin. 5, χάρισαί μοι, κ. τ. λ. Hæc loca in duas paginas ita sunt disposita, ut singulæ utriusque petitiones invicem respondeant.

p. 76. lin. 4. post Φαντασίαν καλὴν, adde יצר טוב

10—13. sic notantur
· Ἰησοῦν
·· Χριστὸν
.·. Υἱὸν αὐτοῦ μονογενῆ
·:· Κύριον ἡμῶν.

p. 78. lin. 16, &c. sic leguntur, { ἀθέων, ἀσεβῶν, ἐθνικῶν, Τούρκων, Ἰουδαίων.

p. 80. post lin. 8. insere ὑπὲρ ἐκκλησίας.

p. 82. lin. 7, 8. in eadem linea τῆς . . . βασιλικοῦ.

27. τῆς παροικίας . . . usque ad p. 84. l. 7. συνεδρίων manu posteriori addita sunt.

p. 86. lin. ult. et penult. et p. 88. Voces Hebrææ Græcis respondentes in altero στοίχῳ subjiciuntur.

p. 92. lin. 10. αἱ ἄβυσσοι] ante hanc lineam additur תהום.

13. γῆ] ante hanc lineam additur תוהו.

16. τὰ χλοερὰ] ante hanc lineam additur בוהו.

p. 94. ante lin. 5. παραπτώματα] ante hanc lineam adde Τοῦ Δαβίδ litt. grand.

21. post hanc lineam insere Τοῦ Σαλομῶν litt. grand.

p. 96. post lin. 9. } insere litt. grand. { Τοῦ Τελωνοῦ.
11. } { Τοῦ Ἀσώτου.

lin. 25—31. sic exaratæ sunt,

φαντασίαν יצר
σφάλμα שגגה
ἐνοχὴν πταῖσμα אשם
ἁμαρτίαν חטאה
παράβασιν פשע
ἀδικίαν עון
βδέλυγμα תועבה

σπουδὴν
ἀπολογίαν
ἀγανάκτησιν
φόβον
ἐπιπόθησιν
ζῆλον
ἐκδίκησιν.

p. 98. lin. 12. pro *τῷ* lege *τῇ*

p. 100. lin. 7. pro *βουλευτὰς* lege *συμβουλευτάς.*

10. pro [*στρατιώτας*] ex conjectura nostra addit. lege *βιαστάς.*

p. 102. lin. penult. col. ii. dele *ὑπεριδὼν.*

p. 104. lin. 3. dele *οὐχ ἑκὼν.*

6. pro [*οὐκ εἰς τέλος*] ex conjectura nostra addit. lege *οὐκ ἀεί.*

p. 106. post lin. 20. adde *ὁ σεισμός.*

ibid. spatio interjecto } insere litt. grandioribus { Τοῦ Ἠσαΐ.
p. 108. post lin. 9. } { Τοῦ Ἱερεμίου.
23. } { Τοῦ Παύλου.
p. 110. 13. } { Τοῦ Πέτρου.

p. 114. lin. 17. lege *ἀπαρχὴ.*

p. 116. lin. 1—4. ita leguntur,

μετοχὴν ἀλλεπάλληλον ἐν ἁγιάσμασιν
εἰς πεποίθησιν ἀφέσεως ἁμαρτιῶν,
εἰς ἐλπίδα { *ἀναστάσεως* / *μεταστάσεως* } *εἰς ζωὴν αἰώνιον.*

p. 124. lin. 17. dele punctum post *γενοῦ.*

19. pro *αὐτοῦ*, lege *αὑτοῦ.*

p. 126. lin. 8, 9. in eadem linea exaratæ sunt.

p. 128. lin. 10. *καὶ ἡ ἰσχὺς* in marg. exaratum est, in Vers. tamen Angl. (Works, vol. vii. p. 290) legitur.

p. 130. post lin. antepenult. } insere litt. grand. { Τοῦ Ἰεζεκιήλ.
p. 132. 10. } insere litt. grand. { Τοῦ Δανιήλ.
p. 134. 2. } insere litt. grand. { Τοῦ Ἰακώβου.
5. } insere litt. grand. { Τοῦ Ἰωάννου.

p. 136. lin. 4. ἀποθεμένῳ. } manu posteriori addita. Cf. Vers.
18. δὸς ἐμοὶ, Κύριε, } Angl. p. 293.
24. dele οὗτος.

p. 138. lin. 11. dele ὑπὸ.

p. 150. post lin. 15. } insere litt. grand. { Τοῦ Ὡσηέ.
21. } insere litt. grand. { Τοῦ Ἰωήλ.
24. } insere litt. grand. { Τοῦ Ἀμώς.
p. 152. ante lin. 1. } insere litt. grand. { Τοῦ Ἰωνᾶ.
lin. 8. pro Græcis lege ואתה תעל משחת חיי
post lin. 8. } insere litt. grand. { Τοῦ Μιχαΐα.
18. } insere litt. grand. { Τοῦ Ἀμβακούμ.
22. } insere litt. grand. { Τοῦ Ζαχαρίου.

p. 156. lin. 12. sqq. tribus στοίχοις scripta sunt : i. Μοιχεία . . . φαρμακεία, ii. ἔχθραι . . . ἐριθεῖαι, iii. διχοστασίαι . . κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις.

p. 158. lin. 4. sqq. lege πίστις,
χάρισμα ἰαμάτων,
ἐνέργεια δυνάμεων,
προφητεία, κ. τ. λ.
ult. lege ἐκκόψῃς.

p. 162. lin. 16. pro ὑπερέχουσα lege ὑπερβάλλουσα.
lin. antepen. lege τιμίαν.

p. 164. lin. ult. ὄνομα litteris grandioribus exaratum est.

p. 170. post lin. 2. insere litt. majusc. Τοῦ Μανασσῆ.
16. pro ἀνομίας lege ἁμαρτίας.

p. 172. lin. 3, 4. in eadem linea exaratæ sunt.

p. 174. lin. 5, 6. col. ii. post συγχώρησον, συγγνῶθι scriptum est, et cætera sex tria tribus respondent.
13. pro ἀπόλυσαι lege ἀπόλουσαι.

p. 182. lin. 11—15. in uno στοίχῳ leguntur.
22. dele ἁγίων.
25. dele ὅσιος.

p. 186. lin. 11, 12. lege τὰς ἐν ἑκατέρᾳ τάξεις ἱερατικὴν in eadem linea.
14. τοῦ ἄρχοντος. 16. τῶν Παναγίων Βερκίγγ, sicut et lin. 21 sqq. et p. 188. lin. 1—3. τὴν παροικίαν usque ad Οὐιντονίας, manu posteriori addita sunt.

p. 188. lin. 18. pro ἀδελφὰς lege ἀδελφίδας.

p. 190. lin. 13. pro ἀνόμων lege ἀνομιῶν.

p. 190. lin. 26. post τὸ γένος ἡμέτερον ἅπαν adde, "&c. Vide p. 119 præc." (scil. 186, 188 nostræ edit.), et manu posteriori additum "usque ad συνιστωμένους."

p. 192. lin. 17, 18. Hebraice leguntur. Græca ad calcem paginæ exarata sunt.

p. 194. lin. 2. lege ἐπιστροφήν. cum plena interpunctione.
lin. antepenult. pro ὡς εἰκὸς, legitur [κατ' ἴσον] uncinis inclusum.

p. 198. ante lin. 1. voces Hebrææ præponuntur,

תעל משחת חיי	אל תשחית הצילני
ne perdas libera me	subleva de corruptione vitam meam.

scil.

p. 200. post lin. 8. אל תשחית הצילני
lin. ult. ante lin. antepenult. legendum, scil.
ἐλέησον ἡμᾶς,
ῥῦσαι καὶ σῶσον ἡμᾶς,
ὦ Κύριε.

p. 202. lin. 3, &c. [1,] &c. et 9, 13. Notæ numerales non leguntur; ex Vers. Angl. a nobis desumpta sunt.
15. pro ῥῦσαί με Hebraica הצילני legitur.

p. 204. lin. 1, 2, lege σκανδάλων { δημοσίων / ἰδίων.
17—23. his lineis numeri præfixi sunt isto ordine, 2, 1, 4, 3, 5, 6, 7.

p. 208. lin. 5. [σου] deleatur.
15. pro εἰσελεύσονται lege εἰσέλθουσιν.
16. pro ἀπολαύσονται lege ἀπολαύσουσι.

p. 210. ante lin. ult. eadem Hebraice. Ps. lxxxvi. 11.

p. 212. lin. 1. post ὁ φόβος μου eadem Hebraice leguntur, scil.
יראתי כסלתי

p. 218. lin. 6, 12, 13. hæc verba literis grandioribus scripta sunt.

p. 224. lin. 8. pro ἑσπερινὴ lege δειλινή.

p. 240. fortasse transferendæ sunt lin. 14—19, πίστιν . . . σώματος, ad p. 242, post lin. 19, τύπον τελειότητος.

p. 242. lin. 6. dele uncinas quibus has voces e conjectura nostra additas notavimus, et lege τῆς ante διανοίας.

B.

Spatia sive intervalla ita sunt notanda.

p. 2. post lin. 3. spatium.
17. incipit altera pagina.
p. 4. post lin. 15. spatium, et post 17 pag. altera.
19, 22, spatium, et post 23 pag. altera.
p. 6. post lin. 2, spatium, et post 4 pag. altera.
p. 8. post lin. 12 et 23, spatia.
p. 8. post lin. ult.
p. 10. post lin. 2 majus intervallum ; post 7, 9, 12, 18, lineæ exaratæ sunt.
pp. 10, 12, spatium post unamquamque partem.
p. 14. post lin. 4. col. i.
p. 18. post lin. 9 et 22.
p. 22. post lin. 25.
p. 24. post lin. 18.
p. 26. post lin. 1, 5, 9, 13, 17.
p. 28. post lin. 11.
p. 30. post lin. 3, 21.
p. 32. post lin. 10, 15 majus spatium, 22.
p. 34. post lin. 1, 19 majus, 26.
p. 36. post lin. 1, 5 majus, 18, 22, 25, 29.
p. 38. post lin. 24.
p. 40. post lin. 1, 4, 6, 10, 13, 15, 23 majus.
p. 42. ante lin. ult.
p. 44. post lin. 4 ; 11 et 12 sine spatio.
p. 50. post lin. 10, 19 majus.
p. 54. post lin. 4.
p. 56. post lin. penult.
p. 58. lin. 3 et 4 sine spatio.
p. 62. post lin. 2 spat.
p. 64. post lin. 17, et post lin. 23 majus intervallum.
p. 70. post lin. 8.
p. 86. post lin. 14.
p. 98. post lin. 3 et 9.
p. 100. col. ii. post lin. 6. et lege *βιωτικά*. et *Φύσις*.
p. 102. post lin. 13, 15, 17, 19, breve spatium ; post 26 majus.
p. 104. post lin. 9.
p. 106. post lin. 21.

p. 108. post lin. 9 et 23.
p. 110. post lin. 25.
p. 114. post lin. 21. lineæ ult. et penult. sine spatio.
p. 118. lin. 6, 7, sine intervallo.
p. 120. lin. 12, 13 ; 18, 19 ; 23, 24 ; sine intervallo.
p. 122. lin. 3, 4, 21, 22, sine intervallo.
p. 124. lin. 3, 4, 6, 7, 11, 12, 17, 18, 24, 25, sine intervallo.
p. 126. post lin. 19 spatium.
p. 130. post lin. 12.
p. 132. post lin. 10.
p. 134. post lin. 15.
p. 136. post lin. 4, et ult.
p. 138. post lin. 4.
p. 148. post lin. 2.
p. 152. post lin. 1, 8, 18, 23.
p. 154. post lin. 2, 5, 7, 11, spatium.
p. 156. post lin. 24.
p. 158. post lin. 13, 16, 19, 22, 25, et lin. ult.
p. 162. post lin. 7, 14.
p. 166. post lin. 10, 14, 18, 22.
p. 168. post lin. 4, 12, 14.
p. 170. post lin. 2.
p. 172. post lin. 4, 5, 8, 9, 10, 11, 12, et post 14 et 25 majus.
p. 176. post lin. 12 et 23.
p. 178. post lin. 7 spatium majus, et post lin. 22 et 25.
p. 184. post lin. 9.
Post hanc paginam tria sunt folia non scripta.
p. 188. post lin. 3, 17.
p. 190. post lin. 4 sunt duæ paginæ non scriptæ. Post lin. 6, 9, 15, 19, spatium, et post lin. 22 et 26 spatium majus.
p. 192. lin. 11—13, et lin. 14—16, colligantur.
p. 196. pagina non scripta sequitur.
p. 200. post lin. 10.
p. 202. post lin. 1, 11, 23.
p. 204. post lin. 13, et post ultim. linea ducta est.
p. 206. post lin. 3.
p. 207. pagina non scripta sequitur.
p. 208. post lin. 3, 7.
p. 210. post lin. 15, 20.
p. 212. pagina non scripta sequitur.
p. 214. post lin. 7, 16.
p. 216. post lin. 13 spatium majus, 19, 28.

p. 218. post lin. 6 spatium majus, et post ult. duæ paginæ non scriptæ.
p. 220. post lin. 4, 9, 12, 17, 21.
p. 226. post lin. 22.
p. 228. post lin. 2. Inter lin. 22, 23, nullum spatium.
p. 232. post lin. 18, spatium.
p. 234. post lin. 12, 15, 22.
p. 236. post hanc duæ paginæ non scriptæ.
p. 238. post lin. 9 spatium.
p. 240. post lin. 3.
p. 246. post lin. 22, et post lin. ult.
p. 248. post hanc pagina non scripta.
p. 250. post lin 16, nova pagina incipit cum verbis *Γνῶσιν καὶ πίστιν.*

C.

Quæ sequuntur, in margine manu R. Drake scripta sunt.

p. 4. lin. 20. *γένοιτο.*] non habet in Text. Edit. Wech.
20. *τὸ ἁμαρτεῖν.*] *τοῦ.*
21. *αὐτοῦ ὑπὲρ*] *Κυρίου περὶ*
22. *τοῦ δεῖξαι*] *δείξω.*
p. 6. lin. 1. *ἀνομιῶν*] *ἀνόμων.*
2. *ἁμαρτίαις*] *ἀσεβείαις.*
8. *ἐμῆς*] *μου.*
11. *ὑπολαμβάνωμεν*] *ὑπελάβομεν.*
11. *τῷ οἴκῳ*] *τοῦ λαοῦ.*
p. 8. lin. 3. *οἷα*] *ὅσα.*
23. *ἐπαίρειν*] *ἐπᾶραι.*
p. 20. lin. 5. *λόγῳ*] *λόγον.*
5. *καθαρισθήσομαι*] *ἰαθήσομαι.*
p. 22. lin. 12. *ἐμφανίζων*] *ἀνακαινίζων.*
25. *γλυκὺς*] *ἡδύς μοι ἐγένηθη.*
p. 26. lin. 8. *ὀφθαλμοί μου*] *ὀφθαλμοί σου.*
18. *λυγμὸν*] *βδελυγμὸν.*
p. 30. lin. 2. *οἰκτίρμων*] *ἐλέους.*
p. 34. lin. 27. *τὰ ἔργα*] *τὸ πλάσμα* (*τὰ ἔργα* superscriptum est).
28. *ὁμοίωμα*] *ὁμοίωσιν.*
p. 50. lin. 18. *προσδοκίας.*
p. 52. lin. ult. *μέλλει ἀποθανεῖν.*
p. 66. lin. 13. *ὥρᾳ καὶ χώρᾳ.*

p. 72. lin. 2. ἀνομίαν] ἁμαρτίαν.
7. ὦ φύλαξ] ὁ ἐπιστάμενος τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων.
9. φορτικὸς] ἐπί σοι φορτίον.
p. 104. lin. 3. οὐχ ἑκών.
p. 116. lin. 9. ἐλπίδος] προσδοκίας.
p. 132. lin. 1. ἁμαρτωλοῦ] τοῦ ἀσεβοῦς.
p. 134. lin. 23. νῦν ἠρξάμην] ἀρρωστία μοί ἐστιν, Aquil. ex Heb. ὠδῖνες εἰσίν, Theodotion.
24. ἡ ἀλλοίωσις] αἱ ἐπιδευτερώσεις, Sym.
p. 156. lin. penult. εὐσεβείας.
p. 162. lin. 16. ὑπερέχουσα in marg. legitur.
p. 170. lin. 2. τούτου] τούτῳ.
16. ἁμαρτίας] ἀνομίας.
28. Hæc Oratio regis Manassis non habetur in Edit. Wecheliana. Vide Constitutionum Apostolicarum, lib. ii. cap. 22. apud Zonaram in Can. Edit. Parisiensi, 1618.
p. 172. lin. 2. λόγῳ] λόγον.
p. 182. lin. 22. ἐθνῶν ἁγίων] ἁγίων in marg. tantum.
25. ἅγιος ὅσιος] ὅσιος in marg. tantum.
p. 190. lin. 13. ἀνόμων] in marg. tantum.
p. 204. lin. 16. Ἁμάν] in marg. tantum.
p. 212. lin. 2. ἐν φοβηθῶ] S. Greg. Naz. Orat. 6. ad Greg. Nyss.
p. 224. lin. 8. δειλινή] ἑσπερινή.
14. ἐκτεμὼν] ἐκτείμας.
p. 234. lin. 16. κοίμησιν] καθέδραν.
p. 246. lin. 13. συνειδήσεως] συνηθείας.

NOTÆ MARGINALES EX EODEM MS.,

QUÆ VETERES INDICANT LITURGIAS, E QUIBUS HÆ PRECES FUERINT DESUMPTÆ.

*** Quæ nosmetipsi addidimus, uncinis sunt inclusa.

---

p. 16. lin. 7. Τὴν ἡμέραν κ. τ. λ.] S. Chrysost. Liturg. [Goar, Rit. Græc. p. 74. Paris. 1647.]

p. 18. lin. 4. Χριστιανὰ κ. τ. λ.] E S. Chrysost. Liturgia. [Ibid.]

p. 32. lin. 13. Ὁ τρισάγιον κ. τ. λ.] S. Chrys. Lit. [Ibid. p. 77.]

p. 54. lin. 24. καὶ πᾶσαν κ. τ. λ.] S. Chrysost. [Lit. Ibid. p. 74.]

p. 56. lin. 12. ἵνα ἐν τῇ κ. τ. λ.] S. Chrysost. [Lit. Ibid. p. 78.]

